BIB
X

לשון למודים

GRAMMATICA HEBRAEA, ABSOLVTISSIMA, IN DVOS LIBROS DISTINCTA,

Necnon in ordinem ſtudioſis commodiorem digeſta, ac plurimis in locis locupletata, authore Iohanne Iſaaco, ampliſſimi Senatus Colonienſis publico Profeſſore.

EDITIO QVARTA.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III"

ANTVERPIAE,
Ex officina Chriſtophori Plantini.
M. D. LXIIII.

CVM PRIVILEGIO AD VI. ANNOS.

ANTIQVISSIMA NOBILITATE IVXTA AC PIETATE ET DOCTRINA PRAESTANTI VIRO

Domino D. Bernhardo Morrien, apud Monaſterienſes in ſumma æde Præpoſito digniſsimo, Mecœnati ſuo plurimùm obſeruando, Ioannes Iſaac

S. D.

REVERTITVR *ad te, Præpoſite ornatiſsime, Grammatica, aliam exhibens formam, et locupletior quàm antehac in tuo nomine ſemel atque iterum edita eſt, & in lucem prodiit. Proximè enim (vt primam editionem omittam) in tres libros, quæ de recta loquendi, ſcribendiq́; ratione Hebræorum tradenda videbantur, digeſſeramus. In primo autem de modo legendi & de Verbis, Nominibusq́; perfectis, nec non literis Heemanticis & Seruilibus erat pertractatũ. In ſecundo Verborum & Nominum defectiuorum & Quieſcentium naturam, & quomodò Pronomina inſeparabilia verbis, dictionibusq́; illis, quas Milloth appellant, adiungerentur, quanta fieri poterat diligentia, explicueramus, ſubiunctis nonnullis, quæ de Accentibus*

neceſſarium eſſet ſcire, & indecorum ignorare. Atque hiſce quidem duobus libris non niſi regulas & præceptiones generales, & huius vtiliſſimæ linguæ candidatis in primis neceſſarias complexi eramus: exceptiones verò, quarũ notitia non adeò indigere Tyrones videbantur, vel ſi quid aliud inſolens nonnunquam foret, quod ad hanc linguam aſpirantibus moram poſſet obiicere, id omne in tertium librum tranſtuleramus adiecto numero, qui tanq̃ Mercurialis ſtatua ignorãtem dirigeret, atque indicaret, quò ſingula referenda eſſent & pertinerẽt. Nunc verò inſtitutũ illud & ordinem ſic ſatis idoneum aliqua ex parte mutauimus, Chriſtophori Plantini Typographi in primis induſtrij ac diligentis ad hoc inducti conſilio, qui cenſebat vtile futurum, ſi Lector quærendi labore magis leuaretur, & difficilia cum facilibus coniungerẽtur, ita tamen vt aliqua nota hæc ab illis diſtinguerentur, vt qui nondum longiùs in hoc frugifero admodum ſtudio progreſſi eſſent, nec difficiliora caperent, ea ab alijs diſtincta facilè, ceu vndoſa loca vel ſcopulos, præternauigarent. Quod conſiliũ cùm non poſſem non probare, necnon doctiſſimus vir Dom. Andreas

Balenus

Balenus linguæ Hebrææ apud Louanienſes pro-feſſor probaret, feci, vt quæ libro tertio continebantur, ſuis omnia locis apponerem, vel interſererem, & rem vniuerſam duobus libris comprehenderem, curauiq́ue vt ea typis minoribus excuderẽtur, & ita à facilibus & incipientibus magis neceſſarijs poſſent diſcerni. Neque verò tantùm ex tertio libro duos priores adauxi, ſed etiam quædã, quorũ in mentẽ veniebat, adieci: & tractationem de Accentibus aliquanto prolixiorem reddidi, exemplaq́ue complura mutaui. Accipies igitur benigno animo hoc opus renouatum, & acceſſione non pœnitenda locupletatum, ornatiſſime Præpoſite, neque muneris paruitatem, ſed animi mei erga te propenſionem reſpicies, quæ tanta eſt, vt etiamſi ſexcentorum milliarium ſpatio abeſſem: non tamen niſi tuo nomini hanc Grammaticam inſcribere vellem, Vale. Antuerpiæ IIII. Non. Jun.

AD LECTOREM.

DAMVS *tibi iam quartò, candide Lector, noſtram Grammaticam, plurimis in locis auctam, & fuſiore, quàm anteà, de Accentibus tractatu locupletatam: cuius quidem rei nobis author fuit reuerendiſs. & humaniſs. vir D. Cunerus, Diui Petri apud Louanienſes paſtor vigilantiſsimus, cuius ſummum erga linguæ Hebrææ candidatos ſtudium multis argumentis cognouimus. Verùm, vt noſtram mentem pleniùs intelligas, nos hîc longè alio ordine quàm in proxima editione, vſi ſumus. Nam tres libros in duos, compendij cauſa, redegimus: non enim abs re futurum exiſtimauimus, ſi moleſtia illa identidem ad annotationes, ſiue exceptiones, quæ erant in tertio libro, recurrendi, commodiori methodo leuareris. Quamobrem illas aptè ſuis generalibus regulis minori charactere ſubiecimus: quas quidem leuiter præterire poteris, donec ea quæ principio magis ſunt cognitu neceſſaria, rectè perceperis. Inſeruimus etiam in quibuſdam locis carmina Hebraica, quæ non oſtentatione aliqua, ſed tui iuuandi ſtudio conſcripſimus, nimirùm vt vocabula ſimul & componendorum Hebræorum verſuum rationem diſcere poſsis. Ex quo quidem labore noſtro, ſi aliquem fructum perceperis, quem ſpero ſanè non exiguum fore, ages gratias ampliſsimo Senatui inclytæ ciuitatis Colonienſis, qui vt non ſolùm in hanc noſtram Grammaticam, verùm etiam in Santis Pagnini Lexici caſtigationem, incumberem; (quod*

ſumma

ſumma cura & diligentia Chriſtophori Plantini Typographi in primis induſtrij, iam prelo committitur) pro ſua liberalitate, ſaluo meo ſtipendio, Antuerpiæ aliquot menſes manendi copiam mihi fecerit, idq́ue beneficio nobiliſsimi viri D. Conſtantini Leiskirchen iam Proconſulatum gerentis, & noſtri & omnium literatorum Mecœnatis. Tu intereà te in his ſedulò exerce, dum Pagninus ſummo labore à nobis emendatus, & auctus, tuis ſtudijs maximum adiumentum allaturus prodeat, & noſtram operam æqui boniq́ue conſule.

Vale.

TENOR PRIVILEGII.

Regis priuilegio cautum eſt, ne quis Grammaticam Iohannis Iſaaci, citra Chriſtophori Plantini voluntatem, à die impreſſionis intra ſexennium imprimat, aut alicubi impreſſam importet, venalem've habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcationis librorum, & quinquaginta florenorum pœna, fiſco Regio exoluenda, multabitur: vt latiùs in Regio diplomate expreſſum eſt. Dato Bruxellæ XXVI. Maij, anno Domini M. D. LXIIII.

Signat. I. Fabri.

ALPHABETVM HEBRAICVM.

Hebræis Literæ ſunt viginti duæ, quarum Figuræ, Poteſtates, Nomina, & eorũ ſignificationes hîc proponuntur.

Aleph leniſſimæ pronunciationis eſt, & non notatũ puncto, poteſtate valet, vel a, vel e, vel i, vel o, vel u, &c. Quomodo autem in quolibet loco legi debeat, pũctum vocale ei ſubiectũ indicat. Cuius quidẽ rei maniſeſtiſſima cernes exempla in decẽ illis Alphabetis, quæ exercitij gratia pro primum incipientibus mox ſubiiciemus.

Idem indicium de litera Aiin eſto: niſi quòd Aiin durioris ſit pronũciationis quàm Aleph.

Aben Ezra ait, quòd Aleph lenius ſit q̃ He, cuius contrarium tenet בַּעַל חֶחָבִיב.

Hheth denſius eſt quàm H latinum, inq́ gutture imprimitur paulo leniùs quàm Ch.

Significatio.	Nomen.	Poteſtas.	Nomen.	Figura.
Doctrina	אָלֶף		Aleph	א
Domus	בֵּית	Bh. vel β.	Veth	ב
Retributio	גִּמֶל	Gh	Ghimel	ג
Paupertas	דָלֶת	Dh	Dhalet	ד
En	הֵא	H leniſſ.	He	ה
Clauus	וָו	V cõſonans.	Vau	ו
Arma	זַיִן	Z, vel S.	Zaiin	ז
Vita	חֵית	H duriſſ.	Hheth	ח
Duæ	טֵית	T	Tet	ט
Confeſſio	יוֹד	I cõſonans.	Iod	י
Manus	כַּף	Ch χ	Chaf	ך כ
Doce	לָמֵד	L	Lamed	ל
Ex illis	מֵם	M	Mem	ם מ
Prolem	נוּן	N	Nun	ן נ
Applica	סָמֶךְ	SS	Samech	ס
Oculus	עַיִן		Aiin	ע
Os, oris	פֵּא	Ph φ	Phe	ף פ
Venare	צָדִי	Tſ	Tſade	ץ צ
Circũcurre	קוֹף	Q, vel K	Cuph	ק
Primum	רֵישׁ	R	Reſch	ר
Diſce	שִׁין	Sch	Schin	ש
Scriptura.	תָּו	Th. θ	Thau	ת

Quinque Literæ duplici forma ſcribuntur, quarum priores Figuræ vel initium, vel medium dictionum; poſteriores verò ſemper finem earum ornandæ ſcripturæ gratia occupant.

Priores formæ harum quinque literarum, quæ duplici forma ſcribuntur, nunquàm in fine reperiuntur, niſi ſolũ מ Nehem.cap.2.in vocabulo הֵמ. E' diuerſo literę poſterioris formæ (quas Grãmatici finales appellãt) nunquàm in initio vel medio vocabuli reperiuntur, prçterquàm ם Mem finale vnico loco apud Eſaiam prophetam cap.9.iñ vocabulo לְםַרְבֵּה ponitur, quod quidem non ſine ſingulari myſterio factum eſſe arbitror. Fit huius rei mentio in Talmud in parte illa quæ מַסֶּכֶת שַׁבָּת dicitur, vbi dicit מֵם סָתוּם רֶמֶז דָּבָר סָתוּם : id eſt, Mem clauſum ſignificat materiam clauſam, id eſt abſtruſam. Cuius quoque meminit doctiſſimus vir Petrus Galatinus in aureo ſuo opere de arcanis Catholicæ veritatis ſcripto, lib.4.cap.19.ſimiliter lib.7.cap.13.

Schin, quando punctum in dextro cornu gerit, שׁ ſtridet, & ſibilar, idemq; valet quod ſch. Quando verò in ſiniſtro שׂ, nihil differt pronunciatione à ס, quò fit, vt ſubinde alterũ alterius loco in ſcribẽdo vſurpetur, vti videre eſt Eſræ cap.6. in וּלְשָׂבֵי. Micheæ 2.in יַסֵּג pro וּלְסָבֵי & יַשֵּׂג. Vide Aben Ezra iis in locis. Arabes Hebræos imitati duo quoque genera ש habent, vnum quod hac forma pingunt شين, quod Sin appellant, alterũ hac سين vocant Sſin. Clenardus vtpote huius linguæ peritus, hac re adductus mihi videtur, vt in Literarũ Hebræarum deſcriptione geminum ש collocaret, vnum ש Schin, alterum ש Sin.

DE

DE PVNCTIS.

Literæ apud Hebræos in libris punctatis omnes ſunt conſonantes, ſoliſque punctis vice vocalium vtuntur, quorum figuræ, vel characteres ſunt decem, è quibus quinque longas vocales, quinque itidem breues efficiunt, vt videre licet in ſubiecta tabula, in qua formæ, nomina & poteſtates earum deſcribuntur.

Puncta & Accentus non ab origine huius Linguæ extitiſſe, verùm tandé à doctiſſimis Iudæis, ita cogente neceſſitate excogitata & reperta eſſe, facilè nomina ipſis indita arguunt, vt quæ partim Chaldaica ſint, partim Arabica, partim verò Hebraica.

VOCALES,

Paruæ.

אַ Valet a clarum, ab oris apertione Patach פַּתַח nominatum.

Raccanat putat Sægol cõuenire cũ סגולה .id eſt dilectũ, & habere tria pũctula ad numerum trium Patriarcharũ.

אֶ Sono ferè exprimit æ, vocaturque Segol סְגוֹל vel סֶגוֹל, id eſt, botrus: antiqui Grammatici vocauerũt פַּתַח קָטֹן, id eſt paruum Patach.

אִ Chiric ſine Iod, valet i breue, vocatúrque חִירִק קָטֹן, id eſt chiric paruũ. Author libri Coſdri

Magnæ.

אָ Valet a craſſum, vocaturq; Camets קָמֵץ, à collectione oris ſic appellatum.

אֵ Vocatur hoc punctũ Tſere צֵרִי, id eſt, cardines: ſonatq; é longum. Antiqui Grámatici vocauerunt קָמֵץ קָטֹן, id eſt, paruum Camets.

אִי Tale punctum ſub litera, vocatur Chiric חִירִק, id eſt, frendor, adiũcto auté Iod quieſcente

cente, Chiric longū vocatur, í longum ſonans.

Coſdri vocat tale chiric שֶׁבֶר, quod ab Arabibus ſumptū eſſe arbitror: ille enim ſuum librum Arabicè ſcripſit, poſteà verò ab Aben Tybben in Hebraicam linguam eſt verſus, putoque totum illum librum eſſe fictum & excogitatū à quodam Rabbino, vt Iudæos ſuos in ſua religione, vel potiùs miſera ſuperſtitione, obſtinatos & pertinaces redderet.

אֳ Chateph Camets חֲטַף קָמֵץ, id eſt, Camets raptū, quia raptim pronunciatur tanquàm o breue & obtuſum, de quo paulò pòſt plura dicemus ſuo loco.

אֹ וֹ Apex talis literę ſuperpoſitus, aliquādo cum ו, aliquando ſine ו ſcribitur, valet ſemper o longū, vocaturque חוֹלֶם Cholem, id eſt, vitellus oui, ſiue integer.

Arabes vocant Tzum vel Raphe eleuatum.

אֻ Kybbuts, id eſt, collectio ſcilicet labiorum, ſunt tria punctula ſcalariter infra literā collocata, quæ valét u Gallicum. Quidā Grāmatici vocant שָׁלֹשׁ נְקֻדוֹת, id eſt tria puncta, quidam קִבּוּץ שְׂפָתַיִם collectio labiorum.

אוּ Schurec שׁוּרֶק, eſt apex in ventrē Vau inditus, loco u vocalis, reddens ſono u Germanicum, neque ſine Vau ſcribi poteſt. Iudæi in Germania vocant hoc punctum מְלֹא פוּם, id eſt plenum os, oris.

Puncta apud Hebræos vocātur נְקֻדוֹת itē תְּנוּעוֹת à ver-

à verbo נוּעַ, quod ſignificat mouere: quemadmodũ enim anima corpus, ſic puncta literas mouent, & viuẽtes faciunt. Elias Leuita in Cãticis ſuis dicit *Cantico 3.*

נִמְשְׁלוּ הָאוֹתִיּוֹת לְגוּפִים
אֵלֶּה עֲשָׂרָה לָהֶן נְשָׁמוֹת׃

DECEM ALPHABETA CVM PVNCTIS SVIS.

tha ſcha ra cca tſa pha ah ſſa na ma la cha ia ta hha ſa va ha dha gha ba a
A craſſum. אָ בָּ גָ דָ הָ וָ זָ חָ טָ יָ כָ לָ מָ נָ סָ עָ פָּ צָ קָ רָ שָׁ תָ

tha ſcha ra cca tſa pha ah ſſa na ma la cha ia ta hha ſa va ha dha gha ba a
A clarum. אַ בַּ גַ דַ הַ וַ זַ חַ טַ יַ כַ לַ מַ נַ סַ עַ פַּ צַ קַ רַ שַׁ תַ

the ſche re ccc tſe phe eh ſſe ne me le che ie te hhe ſe ve he dhe ghe ve e
E longum. אֵ בֵ גֵ דֵ הֵ וֵ זֵ חֵ טֵ יֵ כֵ לֵ מֵ נֵ סֵ עֵ פֵּ צֵ קֵ רֵ שֵׁ תֵ

thæ ſchæ ræ ccæ tſæ phæ æh ſſæ næ mæ læ chæ iæ tæ hhæ ſæ væ hæ dæ ghæ væ æ
Æ breue. אֶ בֶ גֶ דֶ הֶ וֶ זֶ חֶ טֶ יֶ כֶ לֶ מֶ נֶ סֶ עֶ פֶּ צֶ קֶ רֶ שֶׁ תֶ

thi ſchi ri cci tſi phi ih ſſi ni mi li chi ij ti hhi ſi vi hi dhi ghi vi i
I longum. אִי בִי גִי דִי הִי וִי זִי חִי טִי יִי כִי לִי מִי נִי סִי עִי פִּי צִי קִי רִי שִׁי תִי

thi ſchi ri cci tſi phi ih ſſi ni mi li chi ij ti hhi ſi vi hi dhi ghi vi i
I breue. אִ בִ גִ דִ הִ וִ זִ חִ טִ יִ כִ לִ מִ נִ סִ עִ פִּ צִ קִ רִ שִׁ תִ

tho ſcho ro cco tſo pho oh ſſo no mo lo cho io to hho ſo vo ho dho gho vo o
O longum. אוֹ בוֹ גוֹ דוֹ הוֹ ווֹ זוֹ חוֹ טוֹ יוֹ כוֹ לוֹ מוֹ נוֹ סוֹ עוֹ פוֹ צוֹ קוֹ רוֹ שׁוֹ תוֹ

tho ſcho ro cco tſo pho oh ſſo no mo lo cho io to hho ſo vo ho dho gho vo o
O obtuſum. אֳ בֳ גֳ דֳ הֳ וֳ זֳ חֳ טֳ יֳ כֳ לֳ מֳ נֳ סֳ עֳ פֳּ צֳ קֳ רֳ שֳׁ תֳ

ſchu ru ccu tſu phu uh ſſu nu mu lu chu iu tu hhu ſu vu hu dhu ghu bu u
V longum. אוּ בוּ גוּ דוּ הוּ וּוּ זוּ חוּ טוּ יוּ כוּ לוּ מוּ נוּ סוּ עוּ פוּ צוּ קוּ רוּ שׁוּ

ſchu ru ccu tſu phu uh ſſu nu mu lu chu iu tu hhu ſu vu hu dhu ghu vu u
V Gallicũ. אֻ בֻ גֻ דֻ הֻ וֻ זֻ חֻ טֻ יֻ כֻ לֻ מֻ נֻ סֻ עֻ פֻּ צֻ קֻ רֻ שֻׁ

Finales literæ nulla puncta recipiunt, excepto ך quod aliquando Camets, aliquando Scheua ſub ſe habet.

DE SCHEVA.

Eſt & aliud punctum quod quidem non reputatur inter vocales,ſed ex officio ſuo à quibuſdam Grammaticis,vocatur עֶבֶד עֲבָדִים,id eſt,Seruus ſeruorum,vulgò Scheua nuncupatũ. Conſtat autem Scheua duobus punctulis,quorũ alterũ alteri perpendiculariter appoſitum eſt,legiturque vt e breuiſſimum,tum ſcilicet quando mobile eſt. Quod quemadmodũ ad Camets appenditur,ita quoque adiungitur vocalibus Patach & Segol, atque tum ſonum illarum nonnihil minuit, obſcurioremque facit: quorum illud ֲ Chateph patach חֲטַף פַּתַח id eſt Patach raptum: hoc ֱ Chateph ſegol חֲטַף סֶגוֹל,id eſt raptum Segol nuncupatur.

ANNOTATIONES.

Quamuis autem Puncta חֲטֵפִים,id eſt rapta, nõnunquàm ſub aliis quàm gutturalibus literis (de quibus poſteà) reperiantur,pręſertim Chateph patach ſub literis duplicatis, vt צְלָלֵי,id eſt,vmbræ: tamen vel hanc ſolam ob cauſam inuenta aſſeruntur, vt vices Scheua ſub gutturalibus literis ſuppleant. Scheua enim pronunciationi gutturalium literarũ minùs cõuenit. Atque ideò in principio dictionis nũquàm, in medio autem rariſſimè ſub illis reperitur: ſed in locum ſuccedit vel ֲ vel ֱ vel ֳ quæ ſonum literarum gutturalium nonnihil emendant & gratiorem reddunt.

Porrò literæ Hebræorũ diſtribuuntur in quinque claſſes, pro numero organorũ eorum quibus humana vox efformatur. Aliæ enim dum proferũtur,adminiculo gutturis potiſſimùm egent,eaque de cauſa gutturales appellari merentur, vt ſunt, אהחע,quæ quidẽ, vt ſuperiùs admonitum eſt, ali-

Abẽ Ezra Ex.3. inter alia multa, quæ de ע & ח adfert, dicit eas adeò duræ atq; difficilis eſſe

quan-

pronunciationis, vt nemo eas facilè pronunciauerit, niſi qui ſtatim à primis annis earum pronunciationi aſſueuerit.

quanto difficiliores ſunt pronũciatu, præſertim ח & ע, ideoque fit, vt nec ſeruiles eæ eſſe poſſint, nec vnquàm coniunctim reperiantur, præterquàm in vno proprio nomine cuiuſdã ſerui Ægyptij יַרְחָע Paral. 2. verùm in vocabulis Hebraicis nunquàm. Aliæ palati, vt גִּיכַק. Aliæ linguæ, vt דְּטַלְנַת. Aliæ labiorum, vt בּוּמַף. Aliæ dentalium, vt זְסַרְצַשׁ. Ex his ſunt duæ, ſcilicet מַן, quæ narium ope in ſonando potiſſimùm vtuntur, quòd certiùs cognoſces, ſi clauſis naribus periculum feceris.

Gutturales literas haud immeritò Elias מְבַלְבְּלִים, id eſt, cõfuſorias ſiue confundentes nominat. Ipſæ enim exceptionũ ſuarum varietate quam inducunt, Grammaticã Hebræam planam alioquin & facilem, tricis multis inuoluunt. Id autem eò pręcipuè accidit, quòd reſpuant pũctum Scheua & Dageſch, nec temerè vllam cum eis cõiunctionem patiantur. Quod vt cernas manifeſtiùs, ſic habe, ac priore quidem loco de Scheua.

Cùm Scheua in initio dictionis nunquàm, in medio autem rariſſimè ſub gutturalibus literis inueniri, locumq́; eius ſupplere alterum ex punctis raptis, ſuperiùs docuerimus: Grammatici tamen tres nobis cauſas tradunt, ob quas in medio dictionis litera gutturalis habere poſſit ſub ſe Scheua ſimplex, nimirum propter accentum, dageſch & chiric. Primò, Quotieſcunque litera præcedens gutturalem notatur accentu, ſequẽs litera gutturalis non reſpuit ſcheua ſimplex. Secundò, Gutturalis litera admittit ſcheua, quando ſequens litera habet in ſe dageſch lene. Tertiò, Scheua ſimplex ſub gutturali litera locum accipit, quoties litera ſeruilis proximè antecedens notatur puncto Chiric. Horum omnium in ſequenti verſu habes exempla:

Ioſue 6.

רַק רָחָב הַזּוֹנָה תִּחְיֶה הִיא וְכָל אֲשֶׁר אִתָּהּ כִּי הֶחְבְּאַתָה אֶת הַמַּלְאָכִים אֲשֶׁר שָׁלָחְנוּ :

Hoc

Hoc loco nec illud prætermittendũ eſt,quòd literæ gutturales non ſolùm Scheua recipiunt, ob ſequentes literas בגד כפת Dageſch leni notatas: verùm etiam quoties vna ex vndecim literis forte dageſch tantùm recipientibus ſequitur,nec habet in ſe dageſch, vt in רַחְצָה רַעְיָתִי מַעְיָן, & ſimilibus.Dageſch verò eæ ipſæ literę gutturales neutiquàm ferunt, etſi ex ſententia virorum traditionis quatuor in locis dageſch in Aleph reperitur. Primò,in vocabulo תָּבִיאּוּ : Se- *Leuit.23.*
cundò in וַיָּבִיאּוּ: Tertiò,in eodem vocabulo וַיָּבִיאּוּ Ezrę 8. *Gen.43.*
Quartò in רֻאּוּ. Item litera ר ter tantùm notatur puncto *Iob.33.*
dageſch. Primò,in כָּרַּת : Secundò,in שֶׁרֹּאשִׁי: Tertiò,in לְשָׁרֶּךָ. *Ezech.16.* *Cantic.16.*
Addunt quidam adhuc octo vel nouem exempla, quæ in *Prouerb.3.*
Michlol,& magno Maſſoreth annotata ſunt.

SCHEVA.

Huius puncti, quod (vt dictum eſt) ſeruus ſeruorum nomen habet, magnus vſus eſt. Quapropter ſciendum,illud nõ ſemper legi, ſed interdum quieſcere, vnde & Scheua quieſcens nuncupatur. quieſcit autem,quando litera,ſub qua ponitur,ad ſyllabam præcedentem attrahitur, vt

HocCarmẽ conſtat octo vocalibus, nullum in ſe habẽs ſcheua mobile. Inuenies verò ĩ illo, duo decim quæ quieſcunt.

שִׁמְעוּ דִבְרֵי פִּי יִרְאֵי אֵל
מַה שַּׁרְעַף לִבִּי נָא שׁוֹאֵל ׃
תַּחֲזִיקוּ עִבְרִית בַּחֵשֶׁק ׃
הִיא תִהְיֶה מִבְצַר הַנֶּשֶׁק ׃
לִלְחוֹם נֶגֶד אַנְשֵׁי רִבְכֶם ׃
צִנָּה רָצוֹן תַּעַטְרֻכֶם ׃

In hoc carmine & rithmo,ab ipſo Authore conſcripto, Studioſi ad Hebraicæ linguæ ſtudium adhortantur.

Eſt tamẽ Scheua quatuor in locis mobile,atque tum tanquàm e breuiſſimum legitur: Primùm

poſt

poſt longã vocalem, ſecundò in principio dictionis,tertiò ſub litera dageſſata (de qua poſteà) vltimò quoties duo ſcheuaim in medio dictionis cõcurrunt,tum primo quieſcente alterum legitur,vt in hoc Carmine:

Primũ iãb. quinq; vocalibus,iamb. vna vocali. Secundum, Iamb. quinque vocalibus, Iamb. Tertiũ vocali,iambo, quinque vocalibus,iambo,vocali.

לְשׁוֹן עֵבֶר אֵם כֹּל הַלְּשׁוֹנוֹת :
יְסוֹד הַמַּדָּע גַּם הַתְּבוּנוֹת :
זְקֵנִים מֵי חַיִּים (מִמֶּנּוּ) יִשְׁאָבוּן :
נְעָרִים שׁוֹשַׁנִּים (מִמֶּנּוּ) יִלְקְטוּן :
שׂוֹנְאוֹ הַמּוֹצִיא עָלָיו גְּדוּפָה :
הוּא יִנָּגַע בַּשַּׁחֶפֶת בְּגוּפוֹ :
עַד שֶׁיְּנַחֵם אָז תָּבֹא (לוֹ) תְּרוּפָה :

Volunt præterea quidam,quòd Scheua ſub litera duplicata etiam legi debeat. Itaq; vocabulũ חִנְנִי non Hinni ſed Hineni legendum putant. Cuius quidem ſententiæ Eliam Leuitam quoque eſſe manifeſtum eſt, cùm ex ipſius Canticis,tum verò ex libro מָסוֹרֶת הַמָּסֹרֶה. Verùm cùm non videam an vlla veterum Grammaticorum authoritate hæc opinio roborari poſſit, eam ſuis admiratoribus relinquam, & potiùs Dauidẽ Kimhi in Michlol ſtudioſis ſequendum proponam, cuius verba fortaſſis in Annotationibus vltimi libri harum Inſtitutionum in medium producemus.

Interim his regulis diligenter obſeruatis meminiſſe debebis, quòd Scheua in fine dictionis nunquàm legatur,ne ſub dageſſata quidem litera: & cùm duo ſcheuaim in fine dictionis occurrũt,ambo quieſcunt,vt in iſta elegantiſſima paronomaſia ipſius Noach Gen.9. יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת, Iapht Ælohim leięphet. Item נֵרְדְּ Cant.4. & alia huiuſmodi.

DE SCHEVA ANNOTATIO.

Re ipſa comperi verum eſſe,quòd à veteribus Rabbinis

dictum eſt לוֹמְרִים לָשׁוֹן מִתּוֹךְ לָשׁוֹן. Sæpè enim mihi multumq́; cogitanti de vi rationeq́ue vocis Scheua : inuentu difficilis videri ſolet, præſertim cùm magni nominis Rabbinos in literis quibus ſcribitur, variare animaduerterem. Plerique enim (in quibus ſunt Dauid Kimhi, Abraham de Balmis, Elias) שְׁוָא ſcribunt : nonnulli illique vetuſtiores, vt R. Moſche Hanacdan, & Aben Tybon (quo authore habemus librum quendam in Hebræam linguam ex Arabica tranſlatum, & Phyſicam illam, quam nòs in lucem edidimus) שְׁבָא magis probaſſe vidẽtur. Sed tandem ad id quod tantoperè quærebamus, Arabica lingua velut per veſtigia (vt quidem exiſtimamus) nos deduxit : qua autem ratione, placet hoc loco exponere, iudicium ſit eruditorum & candidorum virorum, quales noſtra ætas quàm plurimos habet. Arabes ſi quando literam ſubſequentem præcedenti annectendá, & ad eam quaſi attrahendam in pronunciatione eſſe, ſignificare volunt (vt author quoq; eſt magnus ille Poſtellus nulli cognitione variarum linguarũ ſecundus) affigunt ad eius literæ caput circulum, o Latinorum perſimilem, quem ob id Giſme vocant, id eſt, reditionem ſeu retractionem, vti exempli gratia in his nominib⁹ propriis ابْرَهَمْ Æbraham & شَمْعُونْ Simon, circulus quem Be & Mim, item Mim & Ni literis impoſitũ vides, eàs ad antecedẽtes retrahendas ẽſſe oſtendit. Huic notæ verò cùm vſu officióque Scheua Heb. conueniat, probabile mihi veriq́ue ſimile eſſe videtur, id Hebræos magiſtros voce etiam notare voluiſſe, appellaſſeq; ideò שְׁבָא à שׁוּב themate deducta appellatione. Hanc quoq; cauſam ẽſſe cur, vt quiſque eſt Rabbinus vetuſtior, ita hanc ſcriptionem, quæ quàm proximè ad vocis originem accedit, vſurpaſſe reperiatur.

Omnis litera (exceptis quieſcentibus) quæ finẽ alicuius vocabuli occupat, nullam habens ſub ſe vocalem, ſi non expreſſè, certè poteſtate (dicunt Grammatici) habet ſub ſe Scheua, vt הָאָרוֹן אֱהֹב הַכֶּסֶף בְּקֹשׁ נַם הָעֶבֶד ; Hîc ſemper in vltima litera

quam-

quamuis actu & re vera Scheua non adſit, ſubintelligitur tamen. Verùm quia Scheua nunquàm in fine legitur, non ſubiicitur literis expreſſè. Ponunt tamen illud ſub literis vltimis aliquando, ſed non niſi ſub literis בגד כפת, quādo ſcilicet admittunt in ſe dageſch, & litera præcedens quoque habet Scheua, vt וַיֵּפְתְּ וַיֵּשְׁבְּ וַיֵּרְדְּ, & ſimilia. Reperitur quoq; in tribus vocabulis vltima litera cum puncto Scheua, licèt ea non ſit ex numero literarum בגד כפת, ſcilicet יֵשְׁטְ קוֹשְׁטְ וַיַּשְׁקְ. Scribitur etiam ſub ךְ, quando eſt Pronomen fœminini generis, idque ad maiorem differentiam Pronominis maſc. generis. Et quia huiuſmodi ךְ affixum puncto Scheua ſolet affici, factum eſt vt quoque ךְ radicale in aliquibus vocabulis, vt דֶּרֶךְ חוֹשֶׁךְ & aliis quibuſdam eodem notetur.

ANNOTATIONES.

De antiqua & genuina lectione Scheua, Kimhi in Michlol ex ſententia vetuſtiſſimorum Grammaticorum hæc nobis ſcripta reliquit. Scheua ante gutturales literas pronunciatur quodammodo, quemadmodū vocalis ipſius gutturalis literæ, vt *Prouer. 25.* יְאֲבֶר חוֹן Scheua ſub Iod, quia א habet ſub ſe —, non tam propriam ſuam pronunciationē retinet, quàm imitatur vocem patach. Sic in בְּאֵר Scheua vergit potiùs ad ſonum Tſere, quod eo puncto א notatum ſit. Eodem modo Scheua in שְׁאוֹל קְחִי רְעוּ legitur propemodū vt Cholem, vel Chiric, vel וּ, prout gutturalis litera aliquo ex ipſis punctis inſignita fuerit. Hinc illa antiqua conſuetudo in Interpretibus, quod ſcripſerunt רְאוּבֵן Ruben non Reūben, יְהוּדָה Iuda nō Iehuda, & ſimilia. Abiecta enim gutturali litera Scheua tanquàm Schurec, quo gutturalis litera eſt ſignata, protulerunt. De qua re in loco commodo fortaſſis plura dictu-

ri ſumus. Quando autem Scheua præcedens אחהע habet accentum Gaaia adiunctum, tum omnino profertur vt vocalis ipſius gutturalis literæ, vt שְׂאוּ זִמְרָה. Scheua ſub ש tanq̃ ו pronunciatur. Item תְּחִי נַפְשִׁי Scheua ſub ת vt Chiric pronunciari debet. Ex huius regulæ ſiniſtro intellectu regulam illam habere originẽ arbitror, quam Munſterus, huius linguę alioqui pro conditione ſui ſęculi ſatis peritus, nobis obtrudere aliquando conatus eſt, nimirum quod Scheua ante gutturales literas ſit mobile: verùm iſtam regulam falſiſſimam eſſe omnes antiqui Grammatici docent, etiam hac noſtra ætate ab omnibus doctis ea exploſa eſt, licèt iterum anno præterito à quodam homine, de quo anteà nunquàm audiui, iterum illa regula à mortuis ſuſcitata ſit, quæ nullis prorſus rationibus confirmari poteſt, ſi non ſufficit authoritas hominis & doctrina quã de ſe ipſo in Epiſtola dedicatoria prædicat ſcribens neminẽ antehac rectè de Hebraica lingua, vel commodè ſcripſiſſe. Iam hos iactatores relinquamus, & ad materiam redeamus. Secundò, Scheua ante Iod quod non habet ſub ſe Chiric, ad pronũciationem ipſius Chiric declinat, vt יְרִעוּ יְיַחֵל יְיַד וְיוֹם יְלַד, in quibus Scheua ante Iod aliquo modo vt Chiric profertur. Quod ſi verò ſcheua ante habuerit Gaaia ſibi adiunctũ, eandem prorſus cum Chiric pronunciationem habet, vt בְּיַד מֹשֶׁה, Biiad Moſcheh. Quando autẽ Iod ipſum habet Chiric, vt יִשְׂרָאֵל, Scheua genuinam ſuam pronunciationem retinet, etiam ſi accentum Gaaia apud ſe habeat.

Pſal. 81. *Pſal. 119.* *Pſal. 77.*

DE PVNCTO DAGESCH.

Sequentes ſex literæ in his duobus vocabulis בְּגַד כְּפַת comprehenſæ, triplicem habent pronunciationem. Primò, ſi quãdo abſq; puncto Dageſch ſcribuntur, cum quadam aſpiratione efferri debẽt, vt ב tanquàm v conſonans, ג gh, ד dh, כ ch, פ ph, ת th. Secundò, hæ ſex literæ venientes in initio dictionis, aut poſt Scheua quieſcens in medio vel fine

Nomẽ דגש puto originẽ habere à ſאחוו, גרש, גרושה, mẽſura cõpreſſa & agitata. Vide R. Sal. Eccl. 8.

fine dictionis,ita vt in ſe dageſch habeant, leniter pronũciari debent, ב vt b latinũ, ג vt g, ד vt d, כ vt χ Græcum, פ vt p, ת vt t. Huiuſmodi autẽ dageſch דָגֵשׁ קַל, id eſt, dageſch lene dicitur, quia literã non duplicat, vt בְּרוּב גוּף בָּרִיא וְשֶׁמֶן פּוֹשֵׁט דִּבְרֵי תוֹרָה מִן כְּתֵפָיו דַּק יִדְבַּק וְלֹא יִבְגּוֹד בָּם. Tertiò, Quoties hæ ſex literæ in medio vel in fine dictionis habẽt in ſe dageſch non pręcedente Scheua, omnino duplicãdæ erũt. Et huiuſmodi dageſch דָגֵשׁ חָזָק, id eſt dageſch forte nuncupatur, vt הַבּוֹרֵא הַגָּדוֹל הַדָּן הַכֹּל יְכַפֵּר הַתַּעֲלוּלִים, vbi hoc etiam notandum eſt, Dageſch forte non ſolùm in literis בגד כפת reperiri, ſed etiã in his ſequentibus טַם שֶׁקֶץ נוֹזְלִים. Omnes enim literæ dageſch fortis capaces ſunt, præterquàm gutturales & ר, quemadmodum ſuperiùs in Annotationibus pagina octaua admonitum eſt.

DE LITERIS QVIESCENTIBVS.

Quatuor iſtæ literæ אֶהֱוִי modò in medio, modò in fine vocabulorum, poſt longas vocales repeꝛiuntur, nullum vt ipſæ proprium punctum habeant, qua ex re quieſcentes nuncupãtur, quòd in præcedente vocali longa quieſcant, eamq́ue producant, vt תְּפִלָּה בְּלֹא כַוָּנָה : כְּגוּף בְּלִי נְשָׁמָה. Non autem idem fit in breuibus vocalibus, poſt quas nũquàm vſu venit vt ſit litera quieſcens, niſi poſt Segol, in quo איה reperiuntur aliquando quieſcere פֶּלֶא עוֹשֵׂה אֱלֹהֶיךָ Iod conſonans in fine proximè præcedente ָ — ו י in eandem præcedentem

Hãc ſententiam Iudæi appingunt parietibus ſuæ Synagogæ.

ſyllabam coaleſcit, vt ſolet vocalis in diphthongo, vt לְגוֹי פָּנוּי מְשָׁרְתַי (אוֹכְלַי) לַחֲמַי אוֹי וַי.

Eadem ratio cum ו, quod in fine dictionis nullo puncto, vel cholem vel Schurec affectum attrahitur ad præcedentem literam vt v conſonans, vt
צַו לָצָו קַו לָקָו: גֵּו. Aliquando Iod interponitur, *Eſa.28.* *1.Reg.6.*
ſed nihilominus eodem pronunciatur modo, vt *Iob.30.*
גִּדוּדָיו יְחָדָיו זִיו.

ה in fine aliquando habet punctum in ventre, quod non vocatur Dageſch, ſed מַפִּיק Mappic, & tunc aliquo modo fortius pronunciatur, non quieſcit, vt in his verſibus:

אָז רָאָהּ וַיְסַפְּרָהּ הֱכִינָהּ וְגַם חֲקָרָהּ: *Iob.18.*
מְשׂוֹשָׂהּ חַגָּהּ חָדְשָׁהּ וְשַׁבַּתָּהּ וְכֹל מוֹעֲדָהּ: *Hoſ. 2.*
שְׁאֵרָהּ כְּסוּתָהּ וְעֹנָתָהּ: *Exod.21.*

In his tribus verſibus ferè omnia vocabula habent ה cum mappic in fine, & tales verſus tres in Bibliis reperiũtur, qui in Maſſoreth annotati ſunt. Regulam, ex qua ſcitur tales eſſe, annotarẽ, niſi timerẽ te propter difficultatẽ non poſſe intelligere.

ANNOTATIO.

Literæ אהוי vocalibus magnis ſemper aut expreſſè adſunt, vel in ipſis latent, id eſt, quamuis vbique vocalibus longis non apponantur, tamen poteſtate & energia ſemper illis ineſſe vel adeſſe intelligũtur. Nam lõga vocalis (vt dicit Kimhi in Michlol) abſque quieſcente litera proferri nequit. Itaque non ſine myſterio, id quod in lib. Creationis ſcriptum eſt, à Grammaticis & Philoſophis dicitur.

citur. Quemadmodum אמש ſunt mundi matres: ſic quoque אוי ſunt matres locutionis, &c. Quæ autem huius rei ratio ſit, quòd אמש matres mundi appellentur, & ה non numeretur inter matres locutionis, viua voce, Deo volẽte, tractabimus. Nam omnia in ſcriptis ad viuum exprimere nec expedit, nec ſatis commodè fieri poteſt.

ANNOTATIONES IN LITERAS QVIESCENTES.

Variis de cauſis Iudæi his quatuor literis tribuunt plurimum, cuius etiam rei Aben Ezra meminit, adeò vt quędam non procul à ſuperſtitione abeſſe videantur. Nos ſaniora eligemus. Primùm quòd ſint leniſſimæ pronunciationis. Deinde quòd nunc expreſſè ſcribãtur, nunc lateant. Adhęc quòd nulla longa vocalis abſque illarũ adminiculo proferri poſſit. Item quòd modò ſint radicales, modò ſeruiles. Deinceps quòd ſint literæ cõmutabiles, quarum vna pro altera ſæpius ponitur. Prætereà quòd in numero contineant 22. quantus eſt numerus literarum Alphabeti. Denique quòd venerabile Nomen tetragrammaton iiſdem conſtet.

Plura ſi petis, lege lib. Creationis, lib. porta lucis, Raccanath, Coſdræ, & alios libros Cabaliſticos.

DE HE, HHETH, ET AIN.

Puncta vocalia modo ſuprà dicto literis appoſita, ſyllabas conſtituunt, quæ ita efferri debent, vt priùs litera, pòſt vocalis audiatur, vt Camets ſub Beth non legitur AB, ſed BA, &c. Excipiuntur tres literæ החע, quæ in fine dictionis poſt Tſere, Chiric longum, Cholem, vel Schurec, cùm ſemper Patach tanquàm peculiare ſuum punctum habeant, id ante eas proferri debebit, vt in hoc carmine Hebręo, ad filium meum Stephanũ Iſaacum ſcripto, videre eſt.

Hheth & Aiin poſt quatuor illas vocales neceſſariò habẽt ſub ſe Patach ſuffuratũ. He verò nõ itẽ.

הָאֱמֶת אֶצֶל מְעַטִים אוֹרֵחַ׃
הָעֲנִיִּים אֵין בְּעוֹלָם יוֹדֵעַ׃
רַק לְאִישׁ מַתָּן בְּרוֹב כָּל הָרֵעַ׃
הָאֲמָרִים הֵם כְּרֵיחַ נִיחוֹחַ׃
אַךְ בְּלֵב דַּרְדַּר וְקוֹץ גַּם הַחוֹחַ׃
נוֹדְרִים דָּבָר מְסוּדָּר וָמֵחַ׃
שָׁוְא וְכָזָב בְּקִרְבָּם נוֹבֵעַ׃
זֶה מְאוּם נִכָּר לְךָ גַּם יָדוּעַ׃
כִּי פְּעָמִים זֶה מְצָאנוּ רוֹעַ׃
גּוֹל יְהָבְךָ עָלַי אֵל גָּבוֹהַּ׃
הוּא יְכַלְכֵּל אוֹתְךָ בִּידֵי שׁוֹעַ׃
הֵן בְּצָרְפַת הֵן סְבִיבוֹ תָּנוּחַ׃
לוֹ תְקַו יִתֵּן לְךָ קוֹרַת רוּחַ׃
שׂוֹנְאֵינוּ יֹאמְרוּ הָהּ הִגִּיעַ׃
אָכְלָה בוֹשֶׁת אֲבוֹתֵינוּ יְגִיעַ׃

Conſtat vocali & iambo, duabus vocalibus & iābo, & quatuor vocalibus. In vltima tamen clauſula vna vocalis redūdat.

Cùm id autem præter morem reliquorū punctorum vocalium fiat, huiuſmodi Patach à Grammaticis פַּתַח גְּנוּבָה, id eſt, Patach ſuffuratū dicitur.

DISCRIMEN LONGARVM, ET BREVIVM VOCALIVM.

Vocales longæ & breues plurimùm diſcrepant. Longæ enim vocales, niſi notatæ ſint accentu pronūciationis, nulla ratione poſt ſe dageſch vel ſcheua quieſcens patiuntur, excepto vnico vocabulo בָּתִּים, in quo poſt ָ ſequens litera habet in ſe dageſch. Quòd ſi ſub ſe accentū pronunciationis habuerit, nihil obſtat, quo minus vel dages vel ſcheua quieſcēs ſequi poſſit, vt in יָמָּה לָמָּה, & ſimilibus.

Item

Item in למודנה Lemodnah. Breues verò vocales ſemper poſt ſe habēt vel dageſch vel ſcheua quieſcens, niſi notatæ ſint accentu pronunciationis. Ille enim efficit, vt neque ſcheua neque dageſch ſequi poſſit, vt בגד veſtis, גבר vir, יין vinum. Pari modo Scheua mobile & Scheua quieſcens diſſidēt. Nam Scheua mobile nunquàm niſi in vnico vocabulo שתים poſt ſe patitur Dageſch. Scheua verò quieſcens in literis בגד כפת frequēter habet poſt ſe dageſch. Excipiuntur pauca quædam, in quibus euphoniæ cauſa, Dageſch poſt Scheua quieſcens ex literis בגד כפת abiectum eſt.

Abſolutis iam Regulis omnibus quæ ad modum legendi ſpectant, placet hic quædam de Camets chateph tractare, vti pagina quarta promiſimus.

DE CHATEPH CAMETS, VEL CAMETS CHATEPH ANNOTATIO.

Vidiſti, candide Lector, vnum ex punctis raptis Chateph camets, vel (vt quidam vocant) Camets chateph vocalibus adnumerari: cùm tamen nec Scheua, nec reliqua puncta rapta, ob hoc ipſum, quod Scheua adiunctum habent, pro vocalibus reputentur. Quæ ſanè res pleroſque eoſque non indoctos in difficultatem coniicit, quod non vident, quamobrem aut hęc puncta minùs, aut illud potiùs in numerum vocalium recipiatur. Quapropter rem nō omnino ſtudioſis infrugiferam facturi videmur, ſi huius puncti genuinam vim atque naturam aliquantò pleniùs tradiderimus. Eſt enim ſcitu digna, & quæ tractetur diligentiùs, vtpotè ex qua vel mediocriter in hac lingua verſatus vix ſeſe extricare poſſit.

Cantic. 11. Elias Leuita triplicem differentiam puncti Camets tradit. Primum, inquit, eſt Camets longum: Secundum, Ca-

mets chateph,nihilq́ue differt forma à Camets longo. Tertium eſt camets,quod habet Scheua adiunctum,vocaturq́; Chateph camets. Sed nobis hanc ſententiam minùs veram eſſe edoctis hoc tempore amplecti non eſt viſum,potiùs verò Dauidis Kimchi omnium Grammaticorum facilè principis ſententiam, quæ in opere Michlol expreſſa extat, ſequemur. Sciendum igitur hoc pūcti genus (ſiue Chateph camets,ſiue Camets chateph nominetur) ſi rectè ſcribatur, non habere,niſi rariſſimè,Scheua ſibi adiunctum : id quod in libris correctioribus, præcipuè Venetianis, quos D. Daniel Bombergus curauit imprimi, diligenter obſeruatum eſſe animaduertere licet. Quamuis enim Chateph camets breuis ſit vocalis, & pronunciatione plurimùm à Camets longa vocali differat, tamen forma nequicquàm differre debebit. Diiudicatio autem exercitatis quidem in hac lingua haudquaquàm difficilis eſt. Qui verò nondum tantos fecerint progreſſus,iſti ſanè hîc hærere poſſent. In quorum gratiam hîc regulas nonnullas ſubiicere placuit.

Omne Camets quod literam dageſſatam proximè antecedit,ſi non notetur accentu, breue eſt,& inter breues vocales numeratur, vt רָנּוּ שָׁמַיִם. Regula nanque Grammaticorum eſt,longam vocalem non pati poſt ſe Dageſch,niſi quæ notata ſit accentu, qui literam illam, ſub qua longa vocalis ponitur,nonnihil remoretur,ne celeriùs cū ſequenti litera dageſſata proferatur,vt לָמָּה שָׁמָּה יָמָּה. *Eſaiæ.44. & 49.*

Secundò,omne Camets quod ante Scheua poſitum non notatur accentu,pro breui vocali reputatur,exemplum habes זָכְרָה ſachrah. Nam ſi Camets accentum ſub ſe habuerit,longa vocalis cenſetur,vt זָכְרָה יְרוּשָׁלַםִ. *Eſræ cap. vltimo. Thren. 1.*

Tertiò, Camets habens poſt ſe duo Scheuaim inter breues vocales recenſetur, vt יָקְתְאֵל Ioſuæ 15.& 4.Reg. 14. יָקְנְעָם לַכַּרְמֶל Ioſuæ 12.

Quartò,Camets propter virgulam Maccaph vel aliam ob cauſam pro Cholem poſitum,in breuē vocalem tranſit, vt כָּל־יִפָּרֵץ: Exod. 29.

His regulis diligenter obſeruatis,non erit difficilis huius

puncti

puncti diſcretio à Camets longa vocali, quamuis ipſa forma nihil differre videatur. Verùmtamẽ accidit interdum, vt litera Camets proximè ſequens ob vitandam cacophoniam reſpuat Dageſch, quo alioqui longum Camets à breui diſtinguitur: itaque vt alterum ab altero expreſſiùs diſcerni poſſit, in correctiſſimis etiam libris Camets habet adiunctum ſcheua, vt אֳנִי צָרִי חָלְי. Id autem ineptiſſimè imitantes quidam correctores librariorum, homines aliquando tam apti ad correctionem Hebraicarum literarũ quàm aſinus ad lyram, vbique ferè huius diſcriminis notandi gratia adiiciunt Scheua, exiſtimantes non poſſe alioqui animaduerti.

Ex hiſce ergo quæ diximus, ſat, vt arbitror, intelligi poteſt: primùm quare Chateph camets inter vocales numeretur. Deinde quid differat à ָ longa vocali, & quomodo id diſcerni poſſit. Poſtremò, quando & quam ob cauſam ei Scheua adiungitur.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

APVD Hebræos Orationis partes ſunt tres, שֵׁם Nomen, פֹּעַל Verbum, מִלָּה Dictio. In Dictione & Literis ſeruilibus (de quibus ſuo loco) comprehendũtur reliquæ omnes orationis partes, quas præter Nomen & Verbum Latini in hoc genere recenſere cõſueuerunt. Quanquàm verò (vt Kimchi ait) Nomen ſit נוֹשֵׂא, id eſt, ſubiectum, & Verbum מִקְרֶה, id eſt accidens, vt priùs de Nomine quàm Verbo dicẽdum eſſe videri poſſet: tamen quia tractatio Verborum & latiùs patet, quàm Nominum & commodum magis viſum eſt Kimchi exordiũ ſumere à Verbo: de Verbo priore lo-

re loco nos itidem docere inſtituimus.

Arabes quoque tantùm tres has Orationis partes habent: Pheal Verbum, Iſmi Nomen, Herph Dictionem. Quas tres Partes orationis omnes linguæ Orientales habent. Græcam & Latinam olim non niſi tres Orationis partes habuiſſe, contendit Rabbinus is qui contra Coſdram regem Perſarum diſputat, eo in loco quo probat omnes linguas ab Hebraica originem duxiſſe. Vide quoque Quintilianum libro primo, cap. 6.

DE VERBIS PERFECTIS.

Omnia Verba perfecta conſtant tribus literis radicalibus tertiam perſonam maſculini generis denotantibus, quæ non ſolùm in prima coniugatione per omnia tẽpora & perſonas, ſed per reliquas omnes (quæ numero ſeptem ſunt) reſeruantur & integræ permanent, ita tamen vt in qualibet Coniugatione vel punctis mutatis, vel literis characteriſticis adiectis, ſignificationem nõnihil mutent, veluti קָבַץ congregauit, collegit: נִקְבַּץ collectus fuit, קִבֵּץ collegit diligenter: קֻבַּץ congregatus eſt ab incerta perſona. הִקְבִּיץ fecit congregare. הָקְבַּץ vel הֻקְבַּץ cõgregatus ab incerta perſona, &c. הִתְקַבֵּץ congregauit ſe ipſum. Ideo autem prima Coniugatio vocatur קַל, hoc eſt, lenis, ſeu expedita, quòd præter tres dictas literas radicales, ſiue thematis nullam addititiam literam habeat, nec admittat dageſch in ſecunda earum literarum. Porrò maxima pars verborum huius coniugationis ſunt verba tranſitiua, quanquàm etiam multa intranſitiua & neutra.

Quædam Verba Coniugationis Kal nunc ſunt neutra, nunc actiua, vt הַצּוֹמֵחַ לָכֶם מִן הַשָּׂדֶה quod creſcit vobis ex agro. *Exod. 10.*

Eccleſ. 2. agro. יַעַר צוֹמֵחַ עֵצִים ſylua faciens creſcere,ſiue producens ligna.vbi ex ſententia facilè intelligi poteſt צָמַח hîc tranſitiuum eſſe,ibi neutrum.Similiter Pſal.105. הָפַךְ לִבָּם לִשְׂנֹא עַמּוֹ, id eſt,Conuertit cor eorum vt odio haberent populũ eius: vbi eſt Verbũ tranſitiuum.Verùm Iudic.20. וְאִישׁ יִשְׂרָאֵל הָפַךְ, Et vir Iſraël conuerſus eſt,vel vertit ſe : ibi eſt neutrum.Sic Deut.4. חָלַק eſt tranſitiuum. Hoſeæ 7.eſt neutrum, quod facilè ex ſententia colligi poteſt. Idem aliquando, ſed rariùs,vſu venit in Piel & Hiphil.

Ante omnia ſcire operæprecium eſt, quemadmodum nunc maxima pars Grammaticorum פָּקַד, ita olim Grammaticos verbo פָּעַל pro paradigmate vti conſueuiſſe, vnde fit,vt etiamnũ noſtri temporis Grammatici primam cuiuſcunque verbi literam appellent Pe Paal,ſecundam Aiin Paal,tertiam Lamed Paal, & quamque Coniugationem ex huius verbi forma nuncupent.

EXEMPLVM CONIVGATIONIS Kal.

Alio quàm hactenus à Grãmaticis vſitatũ in hac re fuit, paradigmate vti non ſine cauſa placuit.

Præteritum.			עָבָר.	
לָמַדְתִּי	לָמַדְתָּ	A	לָמַד	
לָמַדְנוּ	לְמַדְתֶּם	B	לָמְדוּ	
לְמַדְתֶּן	לָמַדְתְּ		לָמְדָה	C
Particip. præſens.			בֵּינוֹנִי	
לוֹמְדִים			לוֹמֵד	D
לוֹמְדוֹת			לוֹמֶדֶת vel לוֹמְדָה	
Particip. præteritum.			פָּעוּל	
	לְמוּדִים		לָמוּד	
	לְמוּדוֹת		לְמוּדָה	

Verba Neutra,ſiue ĩtrãſitiua,nõ habent Paul.

In conſtructione, Participia plur.num. maſc. gen.

abiiciunt ם,diciturque לְמוּדֵי   לוּמְדֵי :

Infinit. vocatur מָקוֹר & שֵׁם הַפּוֹעַל

E לְמוֹד vel	לְמוֹד :	בִּלְמוֹד
כִּלְמוֹד	לִלְמוֹד	מִלְּמוֹד

Infinitiuus ſimplex has quatuor literas בְּכְלָם aſciſcit,è quibus ב propriè ſignificat,in : כ cum, quaſi,ſecundum,iuxta : ל ad,vel vt : מ,à,ab,è,ex, de,aliquando etiam ne, prohibentis vim habet,vt

Eſaiæ.33. אוֹטֵם אָזְנוֹ מִשְּׁמוֹעַ דָּמִים וְעוֹצֵם עֵינָיו מֵרְאוֹת בְּרָע

Id eſt,Obturat aurē ſuam ne audiat ſanguines, id eſt, ne audiat querelas de ſanguine innocentū effuſo,& cohibet oculos ſuos ne videat malum.

Mem autem quia ponitur loco מִן habet poſt ſe dageſch quod defectum literæ Nun ſuppleat. Verùm ſi talis litera ſequatur,quæ Dageſch ferre non poſſit,è ſuo loco Dageſch reiicitur ſub Mem,ita vt ex Chiric fiat Tſere vt in מֵרְאוֹת vidiſti.Sic quoque מֵחֲדוֹל לְהִתְפַּלֵּל , 1.Samuel.12.

Imperatiuus. צִוּוּי :

לְמוֹד	לִמְדוּ
לִמְדִי	F לְמוֹדְנָה :

Futurum. עָתִיד

אֶלְמוֹד	יִלְמוֹד	תִּלְמוֹד
נִלְמוֹד	יִלְמְדוּ	תִּלְמְדוּ
תִּלְמוֹד	תִּלְמְדִי	F תִּלְמוֹדְנָה

A IN ſecūda perſona maſculini generis ת notatur Camets, cui tamen aliquādo ה adiunctum reperies, הָאִשָּׁה אֲשֶׁר נָתַתָּה, Geneſ.3.

B AIIN Paal reperitur aliquando habere Sægol loco Patach, vt שְׁאֶלְתֶּם. Iob. 21. aliquando chiric, vt וִירִשְׁתֶּם, Deut. 11.

C ALIQVANDO ה in fine nō ſolùm in hac cōiugatione, ſed etiam in aliis mutatur in ת, vt כִּי אָזְלַת יָד, Deut. 32. וְקָרָאת אֶתְכֶם, Deut. 31. וְעָשָׂת אֶת הַתְּבוּאָה. Leuit. 25. וְשָׁבַת לְנְשִׂיא, Iere. 41. הִיא נִפְלָאת בְּעֵינֵינוּ, Gen. 20. וְאֵת כֹּל וְנֹכָחַת, Eſaiæ. 23. וְנִשְׁכַּחַת צוֹר. Pſal. 118. & alia pauca. Fallitur ergo Angelus Caninius, qui in ſua Grāmatica ſcribit hoc tātùm in Bibliis bis vſu venire.

D INTER coniugandum regulę ſuperiùs fol. 15. de Patach ſuffurato dictæ, oportet meminiſſe, vtpote, ſi cuius Verbi ל Paal ſit ה vel ע præcedente Tſere vel Chiric, vel ו vel וּ: ſub Lamed Paal ponendum eſſe Patach ſuffuratum, vt שָׁמַע, in Benoni Kal habet שׁוֹמֵעַ, in Paul שָׁמוּעַ, in Infinitiuo שְׁמוֹעַ, quod in omnibus Cōiugationibus euenit, vbi harum quatuor vocaliū vna occurrerit. Contingit tamen aliquando Patach ſuffuratū euphoniæ cauſa retrahi ad proximè præ-

Pſal. 94. cedentem literam, vt הַנֹּטַע pro הַנּוֹטֵעַ: ſic שְׁלַח pro שְׁלֵחַ:

Ierem. 16. item שַׂמַּח Prouerb. 27. pro שַׂמֵּחַ, & alia quædam. Obſeruabis quoque hoc loco, ſi duo ·· concurrant ob gutturalem literam vtrunque mutari in Patach, vt in Benoni Kal non

Gen. 17. dicitur בּוֹרֶחֶת ſed בּוֹרַחַת. quod de reliquis temporibus tam in Imperfectis q̃ Perfectis, eodem modo intelligendū eſt.

Aliquando Aiin Paal in Benoni ſingularis numeri habet Chiric longum, vt אַתָּה תּוֹמִיךְ גּוֹרָלִי, Pſal. 16.

E LITERAE בכל in Infinitiuo Kal non perpetuò Chiric notantur: vbi nanque Pe Paal gutturalem literā eſſe contigerit, loco Chiric ·: vel Patach ſubiicitur, & gutturali literæ ∵: vel —:, vt בֶּאֱחֹז in amplectendo, לַהֲרֹג ad occidendum. Idem vſu venit in literis איתן, quæ ipſæ quoque genuinis punctis reiectis aſſumunt ∵ vel Patach, eadem de cauſa, & litera gutturalis Chateph ſęgol, vel Chateph pa-

Deut. 24. tach afficitur, vt לֹא יֶחֱטָא, non peccabit, לֹא תַעֲשֶׂה nō facies, Exod. 20. Eadem ratio eſt Nun Niphal, & He Hiphil, vt נֶעֱזַרְתִּי Pſal. 28. נַעֲשָׂה תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ, Eccleſ. 9. וְהֶעֱבַרְתִּיךָ Ierem. 17. הֶעֱבַרְתִּיךָ, Eſa. 43. Vtrum verò è duobus hiſce raptis punctis vnicuique gutturali literæ familiarius ſit, certò definiri nequit:

quit: promiſcuè enim nunc hoc,nunc illo afficiuntur.quin hoc in vno eodẽq; verbo vſu venire,ex ſuperioribus exemplis diſci poteſt. Illud tamen haud abs re moneri poſſe videamur, verbis in Pe Aleph quieſcentibus Chateph ſægol familiare eſſe, Chateph patach cæteris gutturalibus literis.

ALIQVANDO ה in fine abiicitur in ־ֶ ſub Nun finali poteſtate quieſcẽs,vt קְרֶאןָ Ruth.1. Reperitur quoq; ן abſq; Camets, קְרֶאןָ Exod. 2.שְׁמַעְןָ Gen.4.Abiicitur etiam ה aliquando in Futuro,vt תִּלְבַּשְׁןָ 2.Samuel.13.& in nullo Verborum ordine vſitatiùs quàm in quieſcẽtibus Lamed aleph. Euphoniæ cauſa aliquando in iſta perſona Nun habet Dageſch,vt עֵינַי תִּרְאֶינָּה Mich.7. Ter hæc perſona pro ת litera איתן reperitur Iod habere more maſc.generis. Vnum, 1.Reg.6. וַיִּשַּׁרְנָה הַפָּרוֹת: Alterum, וַיֵּחַמְנָה בְּבוֹאָן Geneſ. 30. Tertium, מִגּוֹי יַעֲמוֹדְנָה, Daniel.8. Quæ cùm habeant formam vtriuſque ſexus, à Magiſtris traditionis אַנְדְּרוֹגִינוֹס vocantur. Reperiuntur quoque quædam in hac perſona,quæ omnino formam maſc.generis habent,vt אִם יֵצְאוּ בְנוֹת שִׁילוֹ, Iud. 21. Quod non ſolùm in Futuro,ſed etiam in aliis temporibus aliquando fit,vt כַּאֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם,Ruth.1.אֲנַחְנוּ מְקַטְּרִים, Ierem.44. חִרְדוּ שַׁאֲנַנּוֹת,Eſa.32. Et alia ſatis multa. In quibus locis Textum Hebraicum non tanquàm mendòſum reprehenſum eſſe à Iouaniſta Ciceroniano multum miror, ſed puto cauſam eſſe quod tantum non profecerit, vt has diuerſitates agnoſcere poſſet.

Imperatiuus & Futurum Verborum tranſitiuorum plerunque in Cholem finiunt,vt שְׁמוֹר cuſtodi, obſerua,אֶשְׁמוֹר cuſtodiam : quam terminationis formam פָּעוֹל formã appellare conſueuerunt. Cùm verò virgula Maccaph intercedens duo vocabula connectit, id Cholem in Camets chateph commutatur,vt שְׁמָר־תָּם Pſal.37. אֶשְׁמָר־לוֹ חַסְדִּי, Pſal.89. Aliaque permulta eiuſdem generis.

De iſto Camets chateph, vel vt quidam vocant Chateph camets dictũ quoque eſt Pag.17.

Neutra

Neutra Verba formam פְּעַל habent, id eſt, in Patach finiunt in iiſdem temporibus, vt שְׁכַב iace, יֶחְדַּל ceſſabit, חֲזַק וֶאֱמָץ ſis fortis & ſtrenuus: vbi tenẽdum eſt Patach ſub Mem in Camets eſſe mutatum propter pauſam. Eodem modo verba, quorum ſecunda thematis litera eſt vna ex hiſce quatuor אהחע, vt נְהַג duc, יִנְהַג ducet: גְּאַל redime, אֶגְאַל redimam: בְּחַר elige, יִבְחַר eliget: גְּעַר increpa, יִגְעַר increpabit. Idem faciunt, quorum tertia thematis litera eſt ח vel ע, vt פְּתַח aperi, יִפְתַּח aperiet: שְׁמַע audi, וַתִּגְעַשׁ וַתִּרְעַשׁ הָאָרֶץ, Et mouit ſe & tremuit terra. Pſal. 18. Sunt etiam quædam Verba, quæ vtroque modo veniunt, vt אֶלְמוֹר vel אֶלְמַר. Item יִבְגּוֹר vel יִבְגַּר. Vide Eſa. 48. & Malachiæ 2. Similiter תִּשְׁבּוֹת & תִּשְׁבַּת, & alia pauca, quæ facilè vſu obſeruari poſſunt.

Ioſue. 1.

Vides non ſine cauſa gutturales literas vocari מבלבלים *vti pag. 7. diximus.*

In eodẽ cap. Leuit. 26. vtrunque inuenies.

OBSERVATIO.

Quia Præſenti tempore proprio Hebræi carent, Pronominibus ad id exprimendum vtuntur præponentes ea Participiis, vt

Sing. num. fœm. generis.

דוֹאֶגֶת { הִיא ipſa ſol. / אַתְּ tu ſolic. / אֲנִי ego ſol.

Plur. num. fœm. generis.

דוֹאֲגוֹת { הֵן ipſæ ſol. / אַתֵּן vos / אֲנַחְנוּ* nos

Sing. num. maſc. generis.

דוֹאֵג { הוּא ipſe ſolicitat, / אַתָּה tu ſolicitas, / אֲנִי ego ſolicito.

Plur. num. maſc. generis.

דוֹאֲגִים { הֵם ipſi ſolicitant, / אַתֶּם vos ſolicitatis / אֲנַחְנוּ nos ſolicita.

** Dicitur quoque* אָנוּ *quod tantũ Iere. 42. reperitur.*

Sic Paſſiuum quoq; tempus Pronominibus additis efformant, vt הוּא נָלוּחַ ipſe raſus, הוּא שָׂרוּעַ ipſe eſt monſtroſus, & ſic deinceps.

Futuro item frequenter præſentis loco vtuntur (cuius quoque meminit Aben Ezra Iob.2.& 3.) vt in hoc carmine ſubiecto facilè apparet.

זְמַן שַׂר יְחַנֵּק וְעֶבֶד מְפַנֵּק
ובו צַר וְאוֹיֵב כְּאַרְיֵה יְזַנֵּק
יְהַיֶּה בְּרִשְׁעוֹ מְחוּיָב בְּפִשְׁעוֹ
סְקִילָה שְׂרֵיפָה הֶרֶג וְחֶנֶק׃

Cōſtat iāb. vocali, iābo vocali, iābo vocali, iābo vocali.

Tempus dominum (ſiue principem) iugulat, & ſeruo indulget. Et in eo tribulator & hoſtis tanquàm leo ſaltat. Nutrit in ſua impietate, dignum propter ſua ſcelera, Lapidatione, combuſtione, occiſione & iugulatione.

Potuiſſem hîc, & alibi, ſemper dare exempla ex Bibliis, ſed in gratiam ſtudioſorum placuit ſubinde Carmen aliquod componere & adferre, vt occaſionem haberem demonſtrandi quemnam modum Hebræi habeant in cōponendis carminibus.

Optatiuū item proprium Hebræi non habent, vtuntur verò eius loco Futuro, quod è ſenſu deprehenditur, vt יֵבֹשׁוּ וְיִבָּהֲלוּ מְאֹד כָּל אֹיְבָי יָשֻׁבוּ *Pſal. 6.*
יֵבֹשׁוּ רָגַע׃ יְקַלְלוּ הֵמָּה וְאַתָּה תְבָרֵךְ׃ *Pſal. 109.*

Circumſcribunt tamen nonnunquàm per vocem לוּ, vt לוּ יְהִי כִּדְבָרֶךָ, Vtinam eſſet ſecundùm verba tua. Interdum verò ad eam rem מִי יִתֵּן adhibent, *Gen. 30.* *Deut. 6.*

hibent,vt מִי יִתֵּן וְהָיָה quis dabit,& eſſet,id eſt,vtinam eſſet.Rabbini dicunt הַלְוַאי.

Coniunctiuum vt efferant,Infinitiuo ב & כ literas Bachlam præfigunt,vt בִּנְסוֹעַ הָעָם cùm proficiſceretur populus. *Ioſuæ 3.* בְּנוֹחַ כַּפּוֹת cùm quieſcerent plantæ. In eandem rem nonnunquàm כַּאֲשֶׁר,& כִּי etiam אִם vtuntur,vt *Eccleſ.8.* כַּאֲשֶׁר נָתַתִּי אֶת לִבִּי cùm dediſſem cor meum. *Pſal.102.* כִּי יַעֲטוֹף cùm anxius fuerit. אִם יְפַתּוּךָ cùm ſuaſerit tibi,Prouerb.1.

Magna pars Verborum primæ Coniugationis habet ָ ſub Pe Paal, & ַ ſub Aiin Paal, vt שָׁכַן quieuit. Sunt tamen, quorum Aiin Paal habet ו, vt יָכֹל potuit. Quorundam item Tſere, vt מָלֵא plenus fuit,vel impleuit. Singulorum exempla in hoc verſu inuenies:

Exod.40. וְלֹא יָכֹל מֹשֶׁה לָבֹא אֶל אֹהֶל מוֹעֵד כִּי שָׁכַן עָלָיו הֶעָנָן וּכְבוֹד יְהוָה מָלֵא אֶת הַמִּשְׁכָּן׃

CONIVGATIO NIPHAL.

Paſſiuum huius Coniugationis vocatur נִפְעַל, cuius Preteritum in fronte aſciſcit literam נ ſignatam Chiric paruo. Camets autem,quod ſub prima litera primæ Coniugationis erat, mutatur in Scheua,vt apparet in tabella ſubſcripta. Obſeruabis quoque literam נ in Præterito quidem & Participio durare, verùm in aliis temporibus loco illius ſuccedere Dageſch, quod in Infinitiuo & Imperatiuo per ה, in Futuro per literas איתן forte redditur.

V[erb]a neutra Kal non coniugantur in Niphal, vt quæ in Kal ſint Actiuæ & Paſſiuæ ſignificationis, quorumq; actio, vt Hebręi dicunt, non foras egreditur. Pauca verò, quæ hac forma reperiuntur, נוֹשָׁבוּ נוֹשֶׁבֶת נֶחֱלַכְתִּי, iſta ſcias Paſſiuum ſuum non à Kal, ſed à Piel accepiſſe. De qua re ſatis prolixè Kimhi in Michlol diſputat. *Pſal.109. Exod.16. Ezra.26.*

Admonendus hîc es, quòd quædam ſunt Verba, quæ ſecundùm Coniugationem quidem Paſſiua, ſed ſecundùm ſignificationē Actiua, quorum thema in vſu non reperitur, vt נִשְׁבַּע iurauit, נִמְלַט euaſit. Quædam in Niphal habent naturam actiuam, ſed more Verborum apud Latinos frequentatiuorum, vt אָז נִדְבְּרוּ יִרְאֵי יְיָ, tunc locuti ſunt (frequenter) timentes Deum. Et alia huiuſmodi, quæ breuitatis cauſa omittimus. *Malach.3.*

Præteritum. עָבַר

נִלְמַדְתִּי	נִלְמַדְתָּ	נִלְמַד
נִלְמַדְנוּ	נִלְמַדְתֶּם	נִלְמְדוּ
נִלְמַדְתֶּן	נִלְמַדְתְּ	נִלְמְדָה.
נִלְמָדִים	נִלְמָד	Benoni.
נִלְמָדוֹת	נִלְמֶדֶת vel	נִלְמָדָה

Præteritum in tertia perſona maſc. gen. habet ſub Aiin paal. participium, camets.

Verba paſſiua non habent Participium præteriti temporis, quod Paul vocatur.

Infinitiuus.

Vt ſit temporū differentia in literis & vocalibus, in Infinitiuo & Imperatiuo dageſch ponitur loco נ literæ characteriſticæ, quòd vt reddatur forte, præpo-

הִלָּמֵד
בְּהִלָּמֵד
כְּהִלָּמֵד
* מֵהִלָּמֵד

** מ habet ... ꝑpter ה quod nō eſt capax Dageſch.*

præponitur ה. In Futuro verò non eſt neceſſe adiicere ה, cùm literæ איתן, id forte ſatis reddere poſſint. Cuius quoque ſuperiùs meminimus.

Prouer.24. *Iob.33.* Reperitur tamen aliquando Infinitiuus Niphal abſq; ה, vt וּבִכָּשְׁלוֹ pro וּבְהִכָּשְׁלוֹ. Sic quoq; לְהֵעָנוֹת pro לֵעָנוֹת, Exodi 10. לְהֵאוֹר pro לֵאוֹר.

Ezech. 14. Reperitur quoque in vno loco א loco ה, vt הַאִדָּרוֹשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם, id eſt, Num quęrendo quærar eis? Hoc, authore Kimhi, ideò fit, ne duo ה concurrant. Nec debes mirari Infinitiuum hunc finire in Cholem, hoc enim aliquando vſu venit, ſed rariſſimè.

Iere.50. *Ioel.3.* Imperatiuus Niphal ſuum נ retinet in וְנִלְווּ, & in נִקְבְּצוּ. Idem fit in Infinitiuo, vt נִשְׁאוֹל נִשְׁאַל, 1. Reg.21.

Imperat.	Futurum.
הִלָּמֵד	אֶלָּמֵד
הִלָּמְדוּ	יִלָּמֵד
הִלָּמְדִי	תִּלָּמֵד
הִלָּמַדְנָה	נִלָּמֵד
	יִלָּמְדוּ
	תִּלָּמְדוּ
	תִּלָּמֵד
	תִּלָּמְדִי
	תִּלָּמַדְנָה

Infinitiuus, Imperatiuus, & Futurũ exeunt in Tſere, quando verò accentus retrahitur, vt fiant Milel, Tſere mutatur in ֶ, vt הִשָּׁמֶר לְךָ. In Futuro א reperitur aliquando Chiric habere, vt אִוָּלֶד בּוֹ, Iob.3. Reperitur etiam Futurum aliquando ַ habere loco ֶ, vt וַתֵּעָצַר הַמַּגֵּפָה, Exod.34. vbi hoc quoque debes obſeruare, quòd ת habet Tſere propter Aiin gutturalem literam, quæ non eſt capax Dageſch. Idem fit ſub ה in Infinitiuo & Imperatiuo, vt הֵעָזֵר iuuari, הֵאָמֵן fac vt verificetur, id eſt, confirma, verè fac vt fiat: יֵאָמֵן verificabitur.

Geneſ.24. Reperitur etiam Niphal & Hithpaël coniungi, vt נִשְׁתָּוָה Prouerb. 27, à radice שָׁוָה. apud Rabbinos frequentiſſimũ eſt, vt נִצְטַוּוּ mãdati ſunt, à צִוָּה, &c.

CONIVGATIO PIEL.

Tertia Coniugatio vocatur פִּעֵל Piel,& facilè à Kal diſcerni poteſt: habent enim huiuſmodi Verba frequenter Chiric ſub Pe Paal, ſub Aiin Paal Tſere,& aliquando Patach: habetque,ſi capax eſt, Aiin Paal in gremio Dageſch, vt שִׁבֵּר confregit. *Exod.9.* אִבַּד וְשִׁבַּר perdidit & confregit, Thren.2. Participia Mem characteriſticum notatum Scheua præfixum habent,quo puncto etiam literæ איתן huius Coniugationis ſunt affectæ.

Duo ſunt quæ ſub Pe Paal habent Sægol, אֶחֱרוּ Iudic.5. & יֶחֱמַתְנִי Pſal.51. Quando Aiin Paal eſt vna ex hiſce אהעחר, præcedens breuis vocalis in longam mutatur, Chiric in Tſere, Patach in Camets, Kybuts in Cholem, vt בָּרֵךְ, in Præterito Piel בֵּרֵךְ vel בֵּרַךְ, in Benoni מְבָרֵךְ, in Paul מְבֹרָךְ, in Infinit. & Imperatiuo בָּרֵךְ, in Futuro אֲבָרֵךְ, &c. In Pual בֹּרַךְ, &c. Quam punctorum mutationem non hoc tantùm loco animaduertere licet: vt hic canon in vniuerſum valeat, quoties Dageſch à gutturali litera, vel ר pellitur, præcedentem breuem vocalem in longam vertit eo modo quem declarauimus. Sunt tamen quædam, quæ ob אהחער breuem vocalem in longam non mutant, vt טִהַר תִּכַּחֵן, Leuit.4. נִאֵץ יְיָ Pſal.10. נִחַם יְיָ Eſaiæ 51. & alia quædam. Sic quoque in Pual Kybuts ante ח non mutatur in Cholem, vt ומֻרָּה וְעֻזַּב יְרֻחָם. *Prouer.28.* Item Ezechiel.16. רֻחַצְתְּ, & alia quædam.

Ælias Leuita in Cãticis ſuis, Cãtic.9. elegãtiſſimis carminibꝰ Hebraicis hãc rem deſcripſit.

Quantum ad Verborum huius Coniugationis vim attinet, ſcias Verba, quæ in Kal neutra ſunt, hîc fieri tranſitiua, vt שָׁכַן quieuit, שִׁכֵּן fecit quieſcere, vel collocauit. Quæ verò in prima ſunt Actiua, hîc ſignificationem intendunt, vt יָסַד fundauit, יִסֵּד fundamentum iecit cum diligentia. Vbi

hoc quoque admonebimus, quæ in Kal tranſitiua ſunt, hîc aliquádo plus quàm tranſitiua fieri, more Verborum Hiphil, quorú actio in tertiam perſonam nonnûnquàm ſeſe extendit, vt כָּתַב ſcripſit, *Eſaia.10.* וּמְכַתְּבִים עָמָל & qui faciunt ſcribere iniquitatem.

Sunt tamen quædam, ſed perpauca, quæ cùm in Kal ſint neutra, hîc quoque neutra manent, niſi quòd vis eorum aliquo modo augeri ſignificetur, vt צָמַח creuit, צִמַּח creuit celeriter. Quæ verò in Kal ſint actiua, & hîc vel in Hiphil neutra, nulla reperiuntur.

Præteritum. עָבָר

Antiqui Grãmatici Hebræorũ hanc Cõiugationẽ vocant כִּבֵּד.

In omnibus temporibus Tſere ſub Aiin Paal propter virgulam Maccaph mutatur in ∵, quòd etiam aliàs vſu venit, vt in ſequentibus כִּבֵּס כִּפֶּר דִּבֵּר. Contingit etiam aliquando Dageſch, euphoniæ cauſa, excidere ex iis etiam literis, quæ maximè capaces ſunt Dageſch, & præſertim ex literis ſcheuatis, vt מִלְאוּ impleuerunt, *Num.32.* וַיְקַנְאוּ & æmulati ſunt. *Geneſ.26.*

לִמֵּד
לִמַּדְתָּ
לִמַּדְתִּי
לִמְּדוּ
לִמַּדְתֶּם
לִמַּדְנוּ
לִמְּדָה
לִמַּדְתְּ
לִמַּדְתֶּן

Benoni.	מְלַמֵּד	מְלַמְּדִים
מְלַמֶּדֶת vel	מְלַמְּדָה	מְלַמְּדוֹת
Paul.	מְלֻמָּד	מְלֻמָּדִים
מְלֻמָּדָה vel	מְלֻמֶּדֶת	מְלֻמָּדוֹת
Infinit.	לַמֵּד	בְּלַמֵּד
כְּלַמֵּד	לְלַמֵּד	מִלַּמֵּד

Infiniti-

Infinitiuus Piel forma aliquando nihil à Præterito differt, vt נַאֵץ נִאַצְתָּ 2.Reg.32.

Imperat. reperitur Patach loco ·· habere, vt כַּתַּר לִי expecta me, Iob.36.

Imperat.

לַמֵּד	לַמְּדוּ
לַמְּדִי	לַמֵּדְנָה

Futurum.

אֲלַמֵּד	יְלַמֵּד	תְּלַמֵּד
נְלַמֵּד	יְלַמְּדוּ	תְּלַמְּדוּ
תְּלַמֵּד	תְּלַמְּדִי	תְּלַמֵּדְנָה

Gutturalis litera in initio dictionis nunq̃ habet ſcheua, ideò א *habet chateph patach*

CONIVGATIO PVAL.

Huius Paſſiuum eſt פֻּעַל, cuius Pe Paal habet ·. , Aiin Paal — & Dageſch. Significatio paulò obſcurior videtur, propterea quòd nomen perſonæ, per quam paſſio infertur, ſemper ſubticetur, nec vnquàm exprimitur, vt Exodi 3. וְהַסְּנֶה אֵינֶנּוּ אֻכָּל, Et rubus non eſt combuſtus. Non indicatur hîc, à quo incenſus ſit. Eſaiæ 9. יֶלֶד יֻלַּד לָנוּ, puer natus eſt nobis: non indicatur à quo.

Veteres Grãmatici hãc coniugationem vocant בִּנְיָן שֶׁלֹּא נִזְכַּר פּוֹעֲלוֹ.

ANNOTATIONES.

Admonere id quoque operæpretium duximus, quędam Verba Piel & Paul cõtraria in ſignificatione, quàm eorum natura fert, reperiri, vt וְעוֹלָתְךָ יְדַשְּׁנֶה סֶלָה, & holocauſtũ tuum incineret, id eſt, in cinerem vertat Selah. *Pſal.20.* וְדִשְּׁנוּ אֶת הַמִּזְבֵּחַ, & purgabit cineribus aram. *Num.4.* Sic שֵׁרֵשׁ, cuius propria ſignificatio eſt radices agere, aliquoties radices euellere denotat, vt וּבְכָל תְּבוּאָתִי תְשָׁרֵשׁ, & in omni prouentu meo eradices. *Iob.31.* in eodem cap. in Pual וְצֶאֱצָאַי יְשֹׁרָשׁוּ, & germina mea eradicentur. quod quoque fit in סֵעֵף & חִטֵּא & aliis pauciſſimis. Videtur quoque Eſaiæ 5. וַיְעַזְּקֵהוּ וַיְסַקְּלֵהוּ, eiuſdem eſſe generis.

Quare hæc Coniugatio vocetur בִּנְיָן שֶׁלֹּא נִזְכַּר שֵׁם פּוֹעֲלוֹ, & qui-

& quidnam huiuſmodi Verba à Verbis Niphal differant,
multos eoſque non indoctos, non hoc tantùm æuo ſuſpen-
ſos tenuit. Putant enim in verbis Niphal haud ſecùs quàm
Pual mentionem agentis ſubticeri. Nos contrà rem ſe mul-
tò aliter habere conuincemus. Exempla ad id tantùm tria
adducemus, quibus doceamus in Niphal agentis recorda-
Geneſ.22. tionem fieri. Primum eſt וְהִנֵּה אַיִל אַחַר נֶאֱחַז בַּסְּבַךְ בְּקַרְנָיו, &
ecce aries retrò implicitus erat vepreto cornibus ſuis. Hîc
certè Vepretum eſt nomen agentis. Secundum eſt כַּדָּגִים
Eccleſ.9. שֶׁנֶּאֱחָזִים בִּמְצוֹדָה רָעָה Sicut piſces qui apprehenſi ſunt ſagina
Eſa.28. mala. Tertium eſt נִבְלְעוּ מִן הַיַּיִן abſorpti ſunt à vino. hîc ſa-
nè Sagina & Vinum, ſunt nomina agentis. Plurima alia
poſſent adduci, ſed nos his contenti ſumus. Hoc verò qui
in contraria ſententia ſunt, in Pual vnquàm fieri doceant.
ſed certè nunquàm poterunt.

Quòd autem quidam bonus & ſatis doctus vir, ad eam
Prouer.16. rem adducit quendã è Prouerbiis locum בְּחֶסֶד וֶאֱמֶת יְכֻפַּר עָוֹן
(pace eius dixerim) admodum fallitur: putat enim חֶסֶד
& אֱמֶת nomina agentis eſſe, ſed profectò agentis perſona
ſuppreſſa eſt, eſtque Deus, vt hæc ſententia loci ſit: propter
vel ob beneficẽtiam & veritatem expiabitur iniquitas, ſci-
licet à Deo: beneficentia enim & veritas hoc efficiunt, vt
expiatio à Deo (cuius nomen ſubticetur) fiat.

Differunt quoque hæc Verba alia ratione à Verbis Ni-
phal, ſemper enim paſſionem aliunde manare ſignificant.
Verba Niphal verò ſæpiùs ipſum qui patitur, ſibimet paſ-
Gen.13. ſionis authorẽ eſſe declarãt, vt הִפָּרֶד נָא מֵעָלָי ſegregare quæ-
ſo à me, id eſt, fac tu ipſe, vt ſegregeris à me. וַעֲמָשָׂא לֹא נִשְׁמַר
2.Reg.20. בַּחֶרֶב. Et Amaſſa non cuſtodiuit ſeſe à gladio. Et alia quæ-
dam, quæ ex Sacris poſſent adduci, & non eſt opus exem-
pla fingere.

Præteritum. עָבָר

לֻמַּדְתִּי	לֻמַּדְתָּ	לֻמַּד
לֻמַּדְנוּ	לֻמַּדְתֶּם	לֻמְּדוּ
לֻמַּדְתֶּן	לֻמַּדְתְּ	לֻמְּדָה

Benoni.

לָמֵד   לְמֵדִים לְמֵדָה לְמֵדוֹת .
לָמוֹד   Infinitiuus.

Alium Infinitiuum non habet, non enim Infinitiuus horum Verborum recipit literas בכלם, neque habet Imperatiuum. Nemo enim incertæ perſonæ, & de re quæ non eſt in eius, cui imperatur, poteſtate, imperare poteſt.

Futurum.

תְּלַמֵּד	יְלַמֵּד	אֲלַמֵּד
תְּלַמְּדוּ	יְלַמְּדוּ	נְלַמֵּד
תְּלַמֵּדְנָה	תְּלַמְּדִי	תְּלַמֵּד

Pe Paal aliquando habet Chateph camets, vt שֳׁדְּדָה נִנְוֵה, deuaſtata eſt Niniueh, & alia. Aliquando quoque euphoniæ cauſa, Dageſch ex Aiin Paal abiicitur, & Schurec loco Kybuts ponitur, vt לַנַּעַר הַיּוּלָּד, puero qui natus eſt. & alia pauca.

Nahum.3.

Iudic.13.

CONIVGATIO HIPHIL.

Quinta Coniugatio à vetere paradigmate פָּעַל more reliquarum Coniugationum nomen ſuum habet, vocaturque הִפְעִיל, ponitur enim pro litera characteriſtica huius Coniugationis ה cum Chiric ante Pe Paal, & inter Aiin & Lamed Paal inſeritur Iod, quod tamen in Pręterito non niſi in tertia perſona vtriuſque generis & numeri manet, in reliquis perſonis, vt Scheua quieſcente expeditior ſit pronunciatio, abiicitur. Benoni habet ſub מ Patach, qua ipſa vocali quoque literæ איתן notantur.

Antiqui Grãmatici quoque aliquando hãc Cõiugationem כָּבֵד appellant.

tur. Paul habet ante Pe Paal מַ vel מְ, quæ duo puncta in tota Coniugatione paſſiua ſub prima litera omnium vocabulorum ſemper ponuntur.

Propriè eſt hæc Coniugatio tranſitiuorum verborum, pauciſſima neutra continet. Quæ in Kal fuerunt neutra, hîc fiunt tranſitiua cum aliqua intentione, vt פָּלַט euaſit, הִפְלִיט fecit euadere, liberauit, eripuit. Et quæ in Kal tranſitiua fuerunt, hîc quoque tranſitiua ſunt cum ſumma intentione. רָדַף perſecutus eſt, הִרְדִיף fecit perſequi: שָׁלַט dominatus eſt, הִשְׁלִיט fecit dominari.

Præteritum. עָבַר

הִלְמַדְתִּי		הִלְמַדְתָּ		הִלְמִיד	
הִלְמַדְנוּ		הִלְמַדְתֶּם		הִלְמִידוּ	
הִלְמַדְתֶּן		הִלְמַדְתְּ		הִלְמִידָה	
מַלְמִידִים		מַלְמִיד		Benoni.	
מַלְמִידוֹת		מַלְמֶדֶת	vel	מַלְמִידָה	
מְלְמָדִים		מְלְמָד		Paul.	A
מְלְמָדוֹת		מְלְמֶדֶת	vel	מְלְמָדָה	
הַלְמִיד	vel	הַלְמֵד		Infinit.	B
לְהַלְמִיד		כְּהַלְמִיד		בְּהַלְמִיד	
הַלְמֵד		Imperat.		מֵהַלְמִיד	
הַלְמֵדְנָה		הַלְמִידִי		הַלְמִידוּ	

Futurum. עָתִיד

תַּלְמִיד	יַלְמִיד	אַלְמִיד
תַּלְמִידוּ	יַלְמִידוּ	נַלְמִיד
תַּלְמֵדְנָה	תַּלְמִידִי	תַּלְמִיד

Breuitatis cauſa ne duæ literę characteriſticæ, vel ſeruiles concurrant, in Participiis & Futuro abii-

 citur

citur ה Hiphil: מ verò Participiorum & literæ איתן in Futuro, Scheua quod peculiare illis eſt reiecto, eliſæ literæ vocalē ſuſcipiunt: dicitur enim מַלְמִיד pro מְהַלְמִיד, & מְלַמֵּד pro מְהַלְמֵּד, item אַלְמִיד pro אֲהַלְמִיד. Idem obſeruandum eſt in Hophal, & in Hithpael, vſitatum quippe eſt, vt literæ eliſæ punctum præcedens litera ſibi vendicet.

QVANDO Pe Paal eſt gutturalis litera, מ in Paul habet ֳ, & Pe Paal Chateph camets, vt מָעֳמָר, quòd idem fit per totum Hophal, vt הָעֳמַר, Ezech. 26. יָחֳרַם כָּל רְכוּשׁוֹ, Ezrę 10. A

IN INFINITIVO, Imperatiuo, & Futuro vltima ſyllaba crebrò habet Tſere loco Chiric, vt הַשְׁלֵךְ proiicere vel proiice, אַשְׁלֵךְ proiiciam, & alia permulta: quòd propter Maccaph frequenter in ֶ mutatur, vt הַעֲבֶר־נָא. Idem obſeruandum eſt in Coniugatione Hithpael. Reperitur quoque Patach in vltima ſyllaba aliquoties, vt הַנְחַת יְיָ גִּבּוֹרֶיךָ. B *2. Reg. 24.* *Ioel. 4.*

Infinitiuus tam in imperfectis quàm perfectis reperitur ſæpenumerò abſque ה Hiphil, vt לַשְׁבִּית pro לְהַשְׁבִּית. He Hiphil quoque in Infinitiuo aliquoties Chiric ſub ſe habet, vt גָּנוֹן וְהִצִּיל פָּסוֹחַ וְהִמְלִיט. *Eſaiæ. 31.*

In Futuro contra vulgarem formam ה Hiphil, quod ſolet ſyncopari, aliquando exprimitur, præſertim in Verbis quieſcentibus Pe Iod, vt וְלִי יְהוֹשִׁיעַ, Pſal. 116. מֹשְׁלָיו יְהֵילִילוּ. *Eſaiæ. 52.*

CONIVGATIO HOPHAL.

Sexta Coniugatio eſt Hophal, in qua ה litera characteriſtica modò habet ֳ, vt עָלֶיךָ הָשְׁלַכְתִּי מֵרָחֶם, ſuper te proiectus ſum ex vtero: modò Kybuts, vt לָאָרֶץ הֻשְׁלָכָה in terram proiecta eſt. *Pſal. 22.* *Ezech. 19.*

Verba Hophal quoque paſſionem ſignificant ab incerta perſona iuſſu vel ſuaſu alterius inflicta, *Hanc Coniugationem*

ideo-

antiqui quoque vocant בִּנְיָן שֶׁלֹּא נִזְכַּר שֵׁם פּוֹעֲלוֹ׃

ideoq́ue caret Imperatiuo, & Infinitiuus non recipit literas בכלם.

Præteritum.	עָבָר	
הׇלְמַדְתִּי	הׇלְמַדְתָּ	הׇלְמַד
הׇלְמַדְנוּ	הׇלְמַדְתֶּם	הׇלְמְדוּ
הׇלְמַדְתֶּן	הׇלְמַדְתְּ	הׇלְמְדָה
הׇלְמָדִים	הׇלְמָד	Benoni.
הׇלְמָדוֹת	הׇלְמֶדֶת vel	הׇלְמָדָה
Infinitiuus.	הׇלְמֵד	
Futurum.	עָתִיד	
תׇּלְמַד	יׇלְמַד	אׇלְמַד
תׇּלְמְדוּ	יׇלְמְדוּ	נׇלְמַד
תׇּלְמַדְנָה	תׇּלְמְדִי	תׇּלְמַד

Magna eſt apud veteres quoque Rabbinos & Grammaticos dimicatio de Verbis Hophal. Kimchi verbum quod in Hiphil coniugatur, poſſe in Hophal coniugari contendit. Huic alij refragantur, exiſtimantq́ue haud licere vti vllis vocabulis in hac Coniugatione, præter ea quæ in Bibliis reperiuntur. Quin (quæ eorũ ſuperſtitio eſt) non concedunt in Futuro vſurpari alia, quàm quæ Iod vel ת literas איתן habent in capite, quòd eiuſmodi in Bibliis comperiantur. & quò euidentior fiat ea, de qua loquor, ſuperſtitio, in prima perſona vti negant licere, quòd non niſi ſemel id in

Iob.10. Bibliis occurrat מִבֶּטֶן לַקֶּבֶר אוּבָל.. quàm bonis rationibus vtantur, docti iudicent, mihi ſanè non vacat cõtra ineptias cuiuſuis diſputare. Hoc tamen dico, iſtos multò magis videri cum ratione inſanire, quàm qui nullum vocabulum Latinum admittunt, quod apud Ciceronem haud extet, cùm ſcripta Ciceronis multa & varia ſint, Biblia verò exigua, vt in iis non omnia Hebraica contineri queant.

Quod ad huius generis Verba attinet, non ea in vſu ſunt, niſi in Præterito & Futuro, in Participio rariùs, tumq́;

magis naturam Nominis adiectiui habent, quàm Partici-pij, in Infinitiuo quoque rariſſimè, & cum literis בכלם nunquàm: neque vnquàm habent Imperatiuum. Præterea quæ in Kal ſunt Neutra, in hac Coniugatione nihil differunt à Verbis Paſſiuis Coniugationis Pual, vt קָם ſurrexit, הוּקַם erectus eſt per alium. Quæ verò in Kal fuerint tranſitiua, in hac Coniugatione paſſionem ſignificant illatã ab incerta perſona, quæ illam paſſionẽ non proprio motu vel voluntate, ſed alterius intulerit. Exemplum aptiſſimum *Ioel.1.* eſt illud הָכְרַת מִנְחָה וָנֶסֶךְ ſucciſa eſt oblatio & libamen, hîc paſſio infertur oblationi & libamini à defectu frumenti & vini, verùm frumentum & vinum non ſua voluntate vel vltrò paſſionem illam inferunt, ſed אַרְבֶּה יֶלֶק חָסִיל, quæ ſunt genera locuſtarum.

CONIVGATIO HITHPAEL.

Septima & vltima Coniugatio eſt הִתְפַּעֵל Hithpael, habens ante Pe Paal duas literas characteriſticas הִת vna ſyllaba proferendas. Pe Paal habet — , Aiin Paal .. & aliquando — , & ſi per literas licet, Dageſch in ventre, vt אַל תִּתְהַדַּר לִפְנֵי מֶלֶךְ, id eſt, ne oſtentes te coram Rege. Prouerb. 25. Præterea ſciendum eſt hanc Coniugationem non eſſe duplicem, vt reliquæ omnes quæ habẽt Actiuam & Paſſiuam, ſed hæc tantùm ſimplicem vnamq́ue formam habet. Habent enim hæc Verba actionẽ reciprocam, quòd idem ſit agens & patiens, vt וּמִגֵּז כְּבָשַׂי יִתְחַמָּם, Et à vellere ouium mearum calefaciet ſe. Iob. 31.

Etiã ab antiquis Grãmaticis hæc Coniugatio vocatur כָּבֵד.

Præteritum. עָבַר

הִתְלַמַּדְתִּי	הִתְלַמַּדְתְּ	הִתְלַמֵּד
הִתְלַמַּדְנוּ	הִתְלַמַּדְתֶּם	הִתְלַמְּדוּ
		הִתְלַמְּדָה

הִתְלַמַּדְתֶּן	הִתְלַמַּדְתְּ	הִתְלַמְּדָה
מִתְלַמְּדִים	מִתְלַמֵּד	Benoni.
מִתְלַמְּדוֹת	מִתְלַמְּדָה	vel מִתְלַמֶּדֶת
בְּהִתְלַמֵּד	הִתְלַמֵּד	Infinitiuus.
מֵהִתְלַמֵּד	לְהִתְלַמֵּד	כְּהִתְלַמֵּד
הִתְלַמְּדוּ	הִתְלַמֵּד	Imperat.
Futurum.	הִתְלַמֵּדְנָה :	הִתְלַמְּדִי
תִּתְלַמֵּד	יִתְלַמֵּד	אֶתְלַמֵּד
תִּתְלַמְּדוּ	יִתְלַמְּדוּ	נִתְלַמֵּד
תִּתְלַמֵּדְנָה	תִּתְלַמְּדִי	תִּתְלַמֵּד

Reperiuntur quoque quædam Verba, quæ compoſita ſunt ex Hophal & Hithpaël, cuiuſmodi eſt
Deut. 24. לֹא הָתְפָּקְדוּ בְּתוֹכָם, non numerati ſunt inter illos.
Num. 1. אֲשֶׁר הֻטַּמָּאָה, quæ immunda facta eſt. In quo Dageſch in ט ſupplet defectum ת Hithpaël.

Conſideranda in primis erunt Verba, quorum Pe Paal eſt ש vel ס, in illis enim vt expeditior ſit pronunciatio, ת characteriſtica Coniugationis poſtponitur primæ literæ radicali, vt שָׁמַר in Hith-
Eccleſ. 12. paël הִשְׁתַּמֵּר, 2.Reg. 22. סָבַל habet הִסְתַּבֵּל. Item מִשְׁתָּאֶה ſtupefactus eſt vel in admirationem tractus eſt à themate שָׁאָה Geneſ. 23. quo loco etiam Rabbi Sal. huius rei facit mentionem. Similiter fit in Verbis quorum Pe Paal eſt צ, niſi quòd tunc ת Hithpaël mutatur in ט, vt צָדַק, in Hithpaël הִצְטַדֵּק, Geneſ. 44. Poſtremò, Verba quorum Pe Paal eſt ז, eodem modo literis tranſpoſitis ת mutant in ד, vt זָמַן in Hithpael הִזְדַּמֵּן. Hocq́; in Chaldaica lingua tantùm vſu venit, cùm in Hebraico

textu

textu nullum Verbum,cuius Pe Paal ſit ז,in Hithpaël reperiatur,prætereq̃ הִזַּכּוּ, quod putant Grammatici poſitum eſſe pro הִזְדַּכּוּ, Dageſch nimirum loco ד Hithpaël. *Eſaia.1.*

Porrò in hac Coniugatione aliquoties א loco ה Hithpaël reperitur, vt אֶתְחַבַּר יְהוֹשָׁפָט, 2.Paral.20. pro הִתְחַבַּר. & alia. quod quidam volunt & in Hiphil fieri, אֶגְאָלְתִּי pro הִגְאַלְתִּי poſitum eſſe exiſtimantes. *Eſa.63.*

Inuenies etiam aliquando in aliquibus Verbis Dageſch loco ת Hithpaël poſitum,vt וְהִנֶּחָמְתִּי Ezechiel.5.pro וְהִתְנַחַמְתִּי & alia quædam.

DE LITERIS PARAGOGICIS, QVAE *in omnibus Coniugationibus tam Verborũ imperfectorum quàm perfectorum ad finem aliquando adiiciuntur.*

ה Paragogicum aliquando Infinitiuo adiungitur, vt לְדָבְקָה בוֹ.Item Ruth.1. כְּבֹאָנָה בֵּית לֶחֶם. Sic quoque cum ו copulatiuo, vt וְשַׁחֲטָה שֵׂטִים. quod ſecundùm Kimchi in Commentariis habet formam לְאַהֲבָה. Sæpenumero Imperatiuo,vt יְיָ שְׁמָעָה יְיָ סְלָחָה יְיָ הַקְשִׁיבָה, Daniel. 9. זָכְרָה לִּי, In quibus hoc obſeruandum venit,quòd Imperatiui Kal formam פְּעוֹל obtinentes,cùm ה paragogicum recipiunt,ſub Pe paal Chateph camets notentur, vti primum exemplum declarat : habentes verò formam פְּעַל, ſub ea ipſa Chiric poſſident ſubſequente Scheua & Camets,vel ſub Pe paal Scheua duobus Camets ſequentibus, quod in duobus poſterioribus exemplis cernere licet. Sunt tamen quorum Pe paal Chiric notatum reperitur, etſi formã פְּעַל nequaquàm habeant, vt מִכְרָה לִי, reiecto enim ה paragogico, dicitur מְכוֹר. Item quorum Pe paal habet Segol,vt עֶרְכָה לְפָנַי הִתְיַצָּבָה,Iob. 33. Sic quoque אֶסְפָּה. Denique quorum Pe paal Cholem loco Chateph camets habent, quòd Aiin Paal ſit gutturalis, vt זוֹעֲמָה : diceretur quippe repulſo He,זְעוֹם non obſtante gutturali literã. Additur quoque & quidem frequenter *Deut.30.* *Hoſea.5.* *Deut.30* *Nehem.5.* *Geneſ.25.* *Num.23.*

Futuri

Futuri primæ perſonæ vtriuſque numeri, vt אֶשְׁכְּנָה quieſcam, נִשְׂמְחָה lætabimur. Aliquando, ſed rariùs, tertiæ perſonæ ſingularis numeri,& maſculini,vt יָחִישָׁה feſtinabit. Iod additur aliquando Benoni ſingularis maſculini generis, vt חַיּוֹשְׁבִי בַּשָּׁמָיִם Pſal.122. שׁוֹכְנִי בְחַגְוֵי סֶלַע Abdię 1. Nõnunquàm Paul tertiæ perſonæ fœm.gen. ſing.num. He fœm.gen. in-
Geneſ.13. dice in ת mutando, vt גְּנֻבְתִי יוֹם וּגְנֻבְתִי לָיְלָה. Quod idem in Adiectiuis fœminini gen. ſubinde vſu venire obiter admo-
Eſaiæ.1. nemus, vt מְלֵאָתִי מִשְׁפָּט pro מְלֵאָה. Infinitiuo etiam interdum
Pſal.113. appoſitum reperitur,vt לְהוֹשִׁיבִי עִם נְדִיבִים.

Porrò ne quid prætermittamus, admonemus in medio vocabulorum idem inſertum reperiri Ezræ 10. in vocabulo לְדָרְיָוֶשׁ.

Nun nonnunquàm tertiæ pręteriti perſonæ pluralis nu-
Deut.8. meri adiectum comperitur,vt לֹא יָדְעוּן. Sic quoque צָקוּן לַחַשׁ effuderunt orationem. Ezræ.26. Aliquando in infinitiuo,vt בְּאָבְדָן מוֹלַדְתִּי. Eſter 8. Crebriùs ſecundæ tertiæque perſonæ maſc.fut.vt תֶּאֱהָבוּן רִיק diligitis vanitatem, Pſal.4. יִדְרְכוּן קֶשֶׁת tendent arcum, Pſal.11. Aliquando tamen & ſecundæ per-
Ruth.2. ſonæ fœmin.vt תִּדְבָּקִין adhærebis. Porrò nec id infrugiferũ admonere iudico, Nun in Futuro ſequentibus affixis aliquando redundare, vt יְבָרֲכֶנְהוּ יְכַבְּדָנְנִי, Pſal.50. & 72. Cuius generis permulta Deut. capite 32. legere eſt.

Hactenus de Verbis perfectis egimus, reliquum eſt, vt ad Nomina perfecta progrediamur.

DE NOMINIBVS PERFECTIS.

DE GENERIBVS Nominum quòd quædam nunc ſint maſculini generis, nũc fœminini, item nunc in ſingulari ſint maſc. generis, in plurali fœminini & contrà: de ea re nihil ſcribemus, iſta omnia enim cum tempore dili-

gens Lector dum audit, vel legit Authores ſacræ Scripturæ, obſeruare poteſt. Si verò omnino cupis de ea re aliquid ſingulare legere, legas Æliam Leuitam in סֵפֶר הַמִּדּוֹת quem Canticis ſuis adiecit, ibi breuiter & ſatis doctè omnia inuenies.

Omnia Nomina quæ in נִפְרָד vel מוּכְרָת, id eſt, in ſtatu abſoluto punctata ſunt Camets, Tſere, Sęgol vel Cholem, quatuor de cauſis puncta ſua mutant: primò ob דָּבֵק vel סָמוּךְ, id eſt, regimen: ſecundò ob כִּנּוּיִים, id eſt, affixa: tertiò ob רִבּוּי, id eſt, pluralē numerū: quartò ob נְקֵבָה, id eſt, fœmininū genus. Quæ in ſtatu abſoluto, id eſt, in nominatiuo caſu habent duo Camets, vel ָ & ֵ, vel Tſere & Camets, in Regimine vocalem primam mutant in Scheua, & ſecundam in Patach, vt דָּבָר verbum, דְּבַר הַמֶּלֶךְ verbum regis, שָׁכֵן vicinus, שְׁכַן *Eſter. 1.* שׁוֹמְרוֹן, vicinus Samariæ, שֵׂעָר crinis, שְׂעַר ראשׁוֹ cri- *Hoſeæ. 10.* nis capitis eius. Eodem planè modo cùm affixa re- *Iud. 16.* cipiunt quæ huius formæ ſunt nomina, primam vocalem in Scheua mutant ſecunda manente immutata, vt דְּבָרוֹ verbum eius, שְׁכֵנוֹ vicinus eius, שְׂעָרוֹ crinis eius: quod de reliquis eodem modo intelligendū eſt, niſi quòd cùm Pronomen ſecūdę perſonæ pluralis numeri vtriuſque generis accipiunt ob accentum & breuitatem, vocalem ſecundam ad inſtar Regiminis in Patach mutant, quod in paradigmate ſubiecto declarabitur, in quo tibi ſtatus abſolutus, & Regimen, & etiam omnia Affixa ante oculos proponuntur.

Abſo-

Singularem numerum Hebræi vocant לְשׁוֹן יָחִיד :

Affixa.	Regimen.	Abſolut.
דְּבָרוֹ	דְּבַר	דָּבָר
דְּבָרָם	דְּבָרִי	דְּבָרְךָ
דְּבָרָהּ	דְּבָרֵנוּ	דְּבַרְכֶם
דְּבַרְכֶן	דְּבָרָן	דְּבָרֵךְ

In numero plurali vocalis prima mutatur in Scheua ſecunda remanente. ל Paal habet Chiric accedente inſuper Iod quieſcente & Mem finali, vt דְּבָרִים verba, שְׁכֵנִים vicini, &c.

In Regimine ם abiicitur, Iod quo vbiq; pluralis numerus indicatur, quieſcit in Tſere, & vocalis ſecũda mutatur in Scheua, & ne duo Scheua (quod neutiq̃ fieri poteſt) in initio dictionis concurrant, ſcheua quod in ſtatu abſoluto eſt ſub PePaal mutatur in chiric, vt דִּבְרֵי verba, שִׁכְנֵי vicini, ob gutturalẽ verò literã loco Chiric ſub Pe paal recipiunt Patach, vt חַכְמֵי ſapientes, & alia. In affixis quoq; ם abiicitur Iod regulariter ſeruato, prima litera habet Scheua, ſecunda ſuã vocalẽ (quã habuit in ſtatu abſoluto) retinet immutatã. Cùm verò כֶם & הֶם & הֶן & כֶן adduntur, nomen ad inſtar Regiminis formatur, quã rem ſubiectũ paradigma oſtendit.

Pluralẽ numerũ Hebræi vocãt לְשׁוֹן רַבִּים :

	Regimen.	Abſol.
דְּבָרָיו	דִּבְרֵי	דְּבָרִים
דִּבְרֵיהֶם	דְּבָרַי	דְּבָרֶיךָ
דְּבָרֶיהָ	דְּבָרֵינוּ	דִּבְרֵיכֶם
דִּבְרֵיכֶן	דִּבְרֵיהֶן	דְּבָרַיִךְ

Eodem planè modo (vt ſuperiùs dictum eſt) declinantur quæ habent Camets & Tſere, vel Tſere

 & Ca-

& Camets, vt in his paradigmatibus videbitis.

זָקֵן עֵנָב זְקַן עֲנַב זְקֵנוֹ עֲנָבוֹ
זְקֵנְךָ עֲנָבְךָ זְקֵנִי עֲנָבִי זְקֵנָם עֲנָבָם
זִקְנְכֶם עֲנַבְכֶם זְקֵנֵנוּ עֲנָבֵנוּ זְקֵנָהּ עֲנָבָהּ
זְקֵנֵךְ עֲנָבֵךְ זְקֵנָן עֲנָבָן זִקְנְכֶן עֲנַבְכֶן
זְקֵנִים עֲנָבִים זִקְנֵי עִנְבֵי זְקֵנָיו עֲנָבָיו
זְקֵנֶיךָ עֲנָבֶיךָ זְקֵנַי עֲנָבַי זִקְנֵיהֶם עִנְבֵיהֶם
זְקֵנֵינוּ עֲנָבֵינוּ זְקֵנֶיהָ. עֲנָבֶיהָ זְקֵנַיִךְ עֲנָבַיִךְ
זִקְנֵיהֶן עִנְבֵיהֶן זִקְנֵיכֶן עִנְבֵיכֶן ׃

In עֵנָב vbique loco Scheua ſub Aiin, ponitur Chateph patach, propterea quod ſit gutturalis.

In Regimine plur. nu. & dum Affixa הֶם כֶם הֶן כֶן aſſumuntur, gutturalis litera non reiicit Chiric, vt in aliis fit, quorum prima litera eſt אוֹת הַגָּרוֹן, hocque fit, vt diſcrimen expreſſum ſit in pronunciando inter עִנְבֵי quòd vuas denotat, & עַנְוֵי quod mãſuetos & humiles denotat. Eſa. 11. עַנְוֵי אָרֶץ.

SCHOLIA.

Sunt pauca quæ in Regimine ſingulari Camets ſub ſecunda litera non in Patach, ſed in Tſere mutant, vt חֲלֵב גּוֹיִם Eſaiæ 60. cuius ſtatus abſolutus eſt חָלָב. Sic in Regimine לְבֶן-שִׁנַּיִם Geneſ. 49. vbi Tſere propter Maccaph mutatum eſt in Sægol.

In tertia perſona maſcul. generis aliquando reperitur ה loco ו, vt אָהֳלֹה tabernaculũ eius, Gen. 9. More Verborum etiam הו loco ו, vt אוֹרֵהוּ lux eius. *Iob. 25.*

XXI Vocabula reperiuntur, in quibus in ſecunda perſona maſcul gen. pro ךָ poſitum eſt כָה, vt עַל יָרֵכָה, Exod. 13. quæ à Magiſtris traditionis vocantur כא׳ וְרִיא vel כא׳ יַרְאִין.

Aliquando Iod quod conſtituit Pronomen primæ perſonæ habet נ ante ſe, vt תַּחְתֵּנִי pro תַּחְתִּי. *2. Reg. 22.*

In

* In Affixis aliquando loco ם & ן collocatur חֶם & חֶן, vt אוֹתְהֶם pro אוֹתָם Ezech.27. מְלִבְּהֶן Ezechiel. 13. pro מִלִּבְּן.
Reperitur quoq; ſyllaba מו loco Pronominis, vt פִּרְיָמוֹ Pſal. 21. pro פִּרְיָם.

Secunda perſona fœm.gen.habet aliquando Iod paragogicum,vt עוֹנֵכִי Pſal.103.

In tertia perſona plur.num.fœm.gen. aliquando ה ſuperadditur, vt לְבַדְּנָה pro לְבַדָּן.

In ſecunda perſona plur.num.fœm.gen.quoque aliquando ה ſuperadditur,vt כְּזִמַּתְכֶנָה Ezechiel. 23.

SCHOLIA IN PLVRALEM NVMERVM.

Sunt tamen tria, quæ in ſingulari numero gemino cametsnotantur, in plurali poſterius mutatur in Patach ſequente Dageſch גָּמָל גְּמַלִּים : קָטָן קְטַנִּים שָׁפָן שְׁפַנִּים.etiam in ſingulari numero,dum Affixa recipiunt,videntur habere Patach,vt Ionæ 3.קְטַנָּם. Aliquādo ן loco ם reperitur,vt לַמְחוֹת מְלָכִין Prouerb.30.& alia pauca. Reperitur quoque magnificentiæ cauſa pluralis numerus pro ſingulari,& ſtatu abſoluto,& regimine,præſertim autē in vocabulo אָדוֹן, vt אֲדֹנִים קָשֶׁה Eſaiæ 19. : דִּבֶּר הָאִישׁ אֲדֹנֵי הָאָרֶץ. Quædam ſunt, quæ ante ם non habent Iod,vt : צַדִּיקִם לְוִיִּם נְשִׂיאִם גּוֹיִם,ne concurrant duo Iod,amittunt Iod plur. num. Aliquando nomen plurale abſolutè in Regimine ponitur, vt אֲמָרִים אֱמֶת verba veritatis. Prouerb.22.

Geneſ.24.
Gen. 1.

Regiminis forma ſæpiùs pro ſtatu abſoluto ponitur, vt לִנְבִיאֵי מִלִּבָּם Ezech. 13. Huius generis quædam ſunt, in quibus Iod quieſcit in Chiric,vt תַּחְכְּמוֹנִי.2.Reg.22.צִדוֹנִי.Ezech. 32. Sic quoque dicunt Maſſoritæ : ג כְּתִיבִין עַמִּי וּסְבִירִין עַמִּים, id eſt, tria ſunt, עַמִּי pro עַמִּים. vide 1. Reg.22.& Pſal. 144.& Thren. 3.

Nonnunquàm abiicitur Iod ſignū pluralis numeri, poniturque loco ו ſyllaba הו, vt גְּבוּרָתְהוּ pro גְּבוּרָיו Nah. 2. Reperitur quoque הִי pro יו, vt כָּל תַּגְמוּלוֹהִי. Pſal.116.quæ forma apud Chaldæos frequens eſt,vt דְּרָעוֹהִי מְעוֹהִי שָׁקוֹהִי רַגְלוֹהִי, id eſt,brachia eius,viſcera eius,tibiæ eius,pedes eius.

Daniel.2.

Secunda perſona plur.num.maſc.gen. aliquando reperitur abſque Iod.

In prima perſona plur.num.ne concurrant duo Iod,numeri plur.index reiicitur.

In tertia perſona maſc.gen.plur.Mem aliquando habet ה ſuperadditum,vt וְאֶל אֱלֵיהֶמָּה. Aliquando habet ſyllabam *Ezech. 40.* מו, vt נְדִבֵמוֹ Pſal. 83.

In ſecunda perſona fœm.gen.aliquando habet Iod paragogicum,vt תַחֲלוּאָיְכִי חַיָּיְכִי, Pſal. 103.

Tertia perſona fœm.gen. plur.num. aliquando habet ה ſuperadditum , vt גְוִיֹּתֵהֶנָה Ezechiel.11.

In ſecunda perſona plur.num. fœm.gen. quoque ה aliquando additur,vt כְּסְתוֹתֵיכֶנָה,Ezech.13.

Omnia Nomina & Participia quæ exeunt in ים ſunt plur. numeri , maſculini generis, pauciſſimis exceptis, vt נָשִׁים mulieres פִּלַגְשִׁים concubinæ. Sic quoque vult Kimchi,vt כְּחוֹלְלִים Pſal.87.ſignificet mulieres tibicines, licèt habeat in fine ים : idemq́; ſit quod מְחוֹלְלוֹת Iud.21. Sic quoque Ieremiæ 44. mulieres dicunt וְכִי אֲנַחְנוּ מְקַטְּרִים , & alia pauca *Huius quoque fit mentio pag.24.* huiuſmodi. Sic quoque בְּתוּלִים , virginitas exit in ים , quãuis ſolùm ad virgineum ſexum pertineat, caretq́ue ſingulari numero. נְעוּרִים iuuentus זְקֻנִים ſenectus,caret quoque ſingulari numero , & tam ad ſexum fœmineum,quàm maſculeum pertinẽt.

OBSERVATIO.

Camets eo modo, quem diximus , vtrobique variatur , quodcunque tandem punctum ſibi adiunctũ habeat,vt גָּדוֹל magnus,in regimine גְּדוֹל, in affixis גְּדוֹלוֹ, &c. in plurali גְּדוֹלִים גְּדוֹלָיו, &c. Sic

Ioſua.6. אוֹצָר theſaurus, in regimine אוֹצַר יְיָ theſaurus Dei, אוֹצָרוֹ theſaurus eius, &c. Tſere quoque mutatur ad morem Camets, quando ſcilicet habet Camets adiũctum, vt fit in זָקֵן & עֵנָב, aliàs in regimine immutatum manet, & in affixis tantùm & plurali numero in ſcheua mutatur, vt יוֹנֵק infans, יוֹנְקוֹ infans eius, יוֹנְקִים infantes, &c. quæ forma eadem eſt omninò, quæ in participio benoni Kal, vt videre potes in fine ſecundi libri, vbi de affixis verborum agitur. Sic quoque quæ habent formam אֵבוּס præſepe, vel אֵזוֹב in regimine Tſere non mutant. In affixis verò & plurali numero (etſi infrequens id ſit) mutari Tſere in Scheua videtur; vt ex hoc exemplo perſpicere eſt: אִם יָלִין עַל אֲבוּסֶךָ׃ ſi pernoctauerit ſuper præſepe tuum. Excipitur tamen עֵירֹם nudus, quod in plurali habet עֵירֻמִּים. Sic quoque in הֵיכָל, quamuis Camets adiunctum habet, tamen in regimine Tſere in Scheua non mutatur, ſed manet, vt הֵיכַל יְיָ templum Domini.

Regulã Hebrai vocant כְּלָל.

Iob.39.

Ierem.7.

DE NOMINIBVS QVINQVE VEL SEX PVNCTORVM.

Nomina ſex punctorum à Grammaticis vocantur, quæ habent duo Sægol, vt בֶּגֶד veſtis, חֶרֶב gladius, עֶרֶשׂ lectus ſiue ſtratũ: quinque punctorum, quæ habent Tſere & Sægol, vt שֵׁבֶט ſceptrũ, חֵלֶק pars. Huiuſmodi nomina in regimine ſingulari ſuas vocales non mutant, vt חֶרֶב גָּלְיָת gladius Galiath, 1. Reg.22. שֵׁבֶט מִישׁוֹר שֵׁבֶט מַלְכוּתֶךָ׃ ſceptrũ recti-

Sũt quadã nomina quæ nũc habent duo ſægol, nunc tſere & ſægol, vt שֵׂכֶל שֶׂכֶל.

Ezra 8.

1.Paral.2.

rectitudinis, ſceptrum regni tui: Pſal. 45. In ſingulari verò numero dum affixa recipiunt primam vocalem in Hiric, ſecundam in Scheua mutant, vt ex ſubiecta tabula facilè apparebit.

בֶּגֶד	בֶּגֶד	בִּגְדוֹ	בִּגְדְךָ
בִּגְדִי	בִּגְדָם	בִּגְדְכֶם	בִּגְדֵנוּ
בִּגְדָהּ	בִּגְדֵךְ	בִּגְדָן	בִּגְדְכֶן

דִבְשׁ quanq̃ nō eſt nomē 5.vel 6.punctorū, tamē in affixis horum modo puncta ſua mutat, vt דִּבְשִׁי. Cantic. 9.

REGVLA.

Horum nominum, quæ ſex punctis conſtant, ſi contigerit primam thematis literam eſſe gutturalem, in affixis Sægol mutatur in Patach, vt חַרְבּוֹ gladius eius. עַרְשׂוֹ עֶרֶשׂ בַּרְזֶל, id eſt, Lectus eius, lectus ferreus: in plu. numero quoque in regimine plu. & affixis inde deductis loco Hiric — ponitur, vt אַרְזֵי לְבָנוֹן, & alia eiuſmodi. Quanquã ſunt quædam, in quibus nihilominùs ea mutatio fit, licèt prima litera nõ ſit gutturalis, vt מֶלֶךְ rex, מַלְכּוֹ rex eius, גֶּפֶן vitis נַפְנוֹ vitis eius: & alia quædam, quæ facilè vſu obſeruari poſſunt. Quæ verò quinque punctorum dicuntur ob gutturalem literam, in affixis primã vocalem non in Patach ſed Chiric mutant, vt עֵשֶׂב עֶשְׂבּוֹ. Quod vbi repudiant, in affixis ſingularis numeri & pluralis הֶם כֶם הֶן כֶן, nec non in Regimine plurali Tſere mutãt in Sægol, vt

Deut. 3.

Pſal. 104.

חֵלֶק	חֶלְקוֹ	חֶלְקְךָ	חֶלְקִי	חֶלְקָם	חֶלְקְכֶם
חֶלְקֵנוּ	חֶלְקָהּ	חֶלְקֵךְ	חֶלְקָן	חֶלְקְכֶן׃	

In Plurali.

חֲלָקִים	חֶלְקֵי	חֲלָקָיו	חֲלָקֶיךָ	חֲלָקַי	חֶלְקֵיהֶם
חֶלְקֵיכֶם	חֲלָקֵינוּ	חֲלָקֶיהָ	חֲלָקַיִךְ	חֶלְקֵיהֶן	חֶלְקֵיכֶן׃

Notan-

Notandum quoque eſt prius Sægol aliquando nequaquàm mutari, ſed etiam in Affixis vbique manere, vt בְּקִצְפְּךָ Pſal. 38. cuius ſtatus abſolutus eſt קֶצֶף.

OBSERVATIO.

Nomina quæ habent ſægol & tſere nulla reperiuntur.

Huius quoque lectorem admonere operæprecium duximus, ob ſecũdam nimirum vel tertiam thematis literã gutturalẽ in ſtatu abſoluto etiam totam conſtitutionem vocalium naturalium, in nominibus quinque vel ſex punctorum mutari, ob tertiam quidem thematis literam gutturalem ſecundum Sægol in Patach, ob ſecundam gutturalem vtrunque in Patach, vt זֶרַע ſemen, סֶלַע petra, יֶשַׁע ſalus, in quibus ſecunda vocalis deberet eſſe Sęgol, niſi gutturalis litera (quæ in Sęgol nõ commodè ſonat) impediret: שַׁעַר porta, לַהַב flamma, יַעַר ſylua, & ſimilia, quæ loco duorum Sęgol geminum Patach habent.

Quia duo ſcheua mobilia cõcurrere nõ poſſunt, ideo -: : ſuũ amittere vides, vbi aliud : ſequitur, quod idẽ de ·.·: indicandũ erit, ſicubi occurrerit.

Puncta verò naturalia ob gutturalem literam mutari, facilè inflexio eorum declarat. Flectuntur enim prorſus more Nominum quinque, vel ſex punctorum, vt

זֶרַע . זַרְעוֹ זַרְעֲךָ :
יֶשַׁע יִשְׁעוֹ יִשְׁעֲךָ יִשְׁעִי : &c.
נַעַר נַעֲרוֹ נַעַרְךָ נַעֲרִי נַעֲרָם נַעַרְכֶם : :

& ſic deinceps. Excipitur לֶחֶם, quod ſua puncta ob gutturalem non mutat. Item רֶחֶם, quod vbique habet ·.· ·.· certè ſi vnum locum רַחַם Iudicum 5. excipias.

DE PLVRALI NVMERO NOMINVM *quinque vel ſex Punctorum.*

In plurali numero Nomina iſta à דֶּבֶר nihil differũt, vt enim dicitur דְּבָרִים דְּבָרָיו דְּבָרֶיךָ, ſic quoq; בְּגָדִים בְּגָדָיו בְּגָדֶיךָ בִּגְדֵי : מְלָכִים מְלָכָיו : שְׁבָטִים שְׁבָטָיו : & ſic per totam declinationem

Nomina, quæ duo Tſere habent, pauciſſima ſunt, & ea pluralem numerum non admittunt: תֵּבֵל enim caret plurali numero, ſic quoque הֵילֵל בֶּן שָׁחַר Eſai.14. & תֵּבֵץ Iudic.9.

DE CHOLEM.

Cholem non mutatur, niſi habeat Sægol adiunctum, vt קֹדֶשׁ, tumque in affixis ſingularis numeri & pluralis numeri, in ſtatu abſoluto & regimine plurali mutatur in Chateph camets, in regimine verò ſingulari manet immutatum, vt tabula ſubiecta declarat.

PARADIGMA.

קָדְשֵׁךְ,	קָדְשׁוֹ	קֹדֶשׁ	קֹדֶשׁ
קָדְשֵׁנוּ	קָדְשְׁכֶם	קָדְשָׁם	קָדְשִׁי
קָדְשְׁכֶן	קָדְשָׁן	קָדְשְׁךָ	קָדְשָׁהּ
קֳדָשֶׁיךָ	קֳדָשָׁיו	קֳדָשַׁי	קֳדָשִׁים
קֳדָשֵׁינוּ	קָדְשֵׁיכֶם	קָדְשֵׁיהֶם	קָדְשֵׁי
קָדְשֵׁיכֶן	קָדְשֵׁיהֶן	קֳדָשַׁיִךְ	קֳדָשֶׁיהָ

Mutatur tamen aliquando in camets longũ, vt קָדָשַׁי *Nehe.13. Aliquando in kibuts, vt* גֻּדְלוֹ, *Pſal.150. cuius ſtatus abſolutus* גֹּדֶל.

Quando autem ſecunda thematis litera eſt gutturalis, prima thematis habet Camets, & ſecunda Chateph camets, vt אֹהֶל tabernaculũ, אָהֳלוֹ tabernaculũ eius, אֳהָלִים tabernacula, &c. Aliquando tamen in plurali retinet ſuum Cholem, vide Gen. 13. Paral.25. Num.33. & pauca alia.

Quem-

Quemadmodum in Nominibus quinque vel ſex punctorum ob gutturalem literam naturales nominum vocales mutantur: ita quoque hîc ob mediam gutturalem literam Sægol ſecundæ literæ in Patach mutatur, vt צֹהַר שֹׁחַר תֹּאַר פֹּעַל. Excipitur אֹהֶל & בֹּהֶן.

OBSERVATIO.

Ea quæ ad reliquas vocales pertinent, paucis (ſic tamen vt nihil omittamus) comprehēdemus. Nomina quorum prima vocalis eſt Schurec, vt אוּלָם עוּגָב (quæ valde pauca ſunt) Schurec non mutant. Camets verò in omnibus regulam generalem ſequitur. Vnum tantùm eſt, cuius prima vocalis eſt Chatephcamets אֳמֶן, quod in Bibliis non niſi ſtatu abſoluto puto reperiri. Rabbini verò (quibus familiare eſt Chateph camets & etiam Kybuts per ו proferre) dicunt אוּמָּנִים.

Reſtant ergo adhuc tres vocales, nimirum Patach & Chiric & Kybuts, de quibus ſic ſtatuendum eſt. Quia hæ tres vocales breues ſemper habent poſt ſe in nominibus Dageſch, non mutantur, quòd Dageſch ſua præſentia omnium vocalium mutationem prohibeat, vt

אַבִּיר אַבִּירוֹ אַבִּירִים: אִבָּר אִבַּר אִבָּרוֹ:
אִבָּרִים אִבָּרָיו: גִּבּוֹר גִּבּוֹר גִּבּוֹרְךָ.

Cuius formæ quidam Grammatici putant נֶחֶל כֶּחֶשׁ פֶּחָם & Segol ob gutturalem literam poſitum eſſe autumant. Quæ verò habent formam עֶלֶג,

reperiuntur in plurali numero Tſere mutare in Scheua, vt אֵלֶם אִלְּמִים, & ſimilia.

סֻלָּם non puto in Bibliis niſi in ſtatu abſoluto extare. כְּבוֹל in affixis retinet Kybuts, & Cholem in Chateph camets mutat, vt עוֹל סֻבֳּלוֹ iugum oneris eius. *Eſaiæ 9.* Eius formæ eſt כֻּתֹּנֶת quod habet ת in fine: Kybuts quoque non mutatur, ſed reliqua puncta ſequuntur קֹדֶשׁ, quod facilè Leuitici 10. videbis. Sic quoque סֻבְּך quod Ieremiæ 4. inuenies.

Hęc ad omnes Nominum formas, quę quidem tribus literis conſtant, ſufficere, diligens lector facilè cognoſcet.

DE NVMERO DVALI.

Antequàm vlteriùs progrediamur, neceſſe habemus aliquid de numero duali dicere, deinde Nominum generis fœminini tractationem proſequuturi.

Cùm ſuperiùs Pag. 43. de numeri plur. maſc. gen. formatione ageremus, diximus ם in fine pręcedente iod quieſcente collocari. Nomina verò quæ propriè geminas corporis partes denotant, non iod quieſcens ante ם, ſed mobile Chiric notatum habent præcedente litera ־ ſignata, vt כָּנָף כְּנָפַיִם רֶגֶל רַגְלַיִם בֶּרֶךְ בִּרְכַּיִם אֹזֶן אָזְנַיִם. Sunt tamen quædam, quæ etſi corporis partes non ſunt, iſtam formam habent, carentque ſingulari numero, ſcilicet שָׁמַיִם מַיִם רֵחַיִם מִכְנְסַיִם צָהֳרַיִם מֹאזְנַיִם. Eſt verò hîc admonendus lector, quæ huius formæ

ſunt

ſunt, non duas res tantùm, ſed cuiuſuis etiam numeri quãtumuis magni ſignificare, vt שִׁבְעָה שָׁמַיִם ſeptem cœli אַרְבַּע כְּנָפַיִם quatuor alæ, & ſic de reliquis. Sunt tamen quædam huius formæ, quæ tantùm ad duas res pertinent, vt כִּכָּרַיִם & כִּכָּרִים, cuius ſingularis numerus כִּכָּר, maximè in vſu eſt.

2. Reg. 5.

DE GENERE FOEMININO.

Quæ ה præcedente camets, habẽt in fine et accẽtũ milra, id eſt, in vltima, ſunt gen. fœmin. Quæ verò accentũ habent millel, id eſt, in penultima, licèt habeant ה in fine, m. gen. ſunt, de quibus fuſiùs tũ, cùm de literis heemãticis agemus.

Quando nomen adiectiuum maſc. gen. mutandum eſt in fœmininum, prima vocalis ſi fuerit Camets vel Tſere, mutatur in Scheua, ſecunda manet immutata, ה præcedente Camets fini adiicitur, vt חָכָם ſapiens maſc. gen. חֲכָמָה ſapiens mulier, זָקֵן, ſenex maſc. gen. זְקֵנָה fœm. gen. בָּחוּר electus, בְּחוּרָה electa, שָׁחוֹר niger, שְׁחוֹרָה nigra, עָשִׁיר opulentus, עֲשִׁירָה opulenta. Quomodo autem nomina fœm. gen. quæ in ה fœminino deſinunt, ſiue ſint adiectiua ſiue ſubſtantiua flectenda ſint, facilè ex ſequentibus videre eſt.

Nomina fœm. gen. quæ habent formã פְּעָלָה, vt בְּרָכָה צְדָקָה נַעֲרָה in regimine ſingulari, vt eo celeriùs ſubſtantiuo ſuo adiungantur, Scheua in Chiric mutant, Camets ſecundæ literæ in Scheua, & Camets tertiæ literæ in Patach, & ה in ת, vt צִדְקַת יְהוָה iuſticia Dei. Idipſum obſeruatur in Affixis, niſi quòd tum in ſingulari Camets ante ת manet immutatum, vt צִדְקָתוֹ iuſticia eius, &c. excepta ſecunda perſona pluralis numeri vtriuſq; generis, quæ inſtar regiminis Patach habet ante ת, idque breuitatis & accentus gratia.

PARADIGMA.

צִדְקָתְךָ	צִדְקָתוֹ	צִדְקַת	צְדָקָה
צִדְקָתֵנוּ	צִדְקַתְכֶם	צִדְקָתָם	צִדְקָתִי
צִדְקָתְכֶן	צִדְקָתָן	צִדְקָתֵךְ	צִדְקָתָהּ

Fœmininū Hebraicè vocatur לָשׁוֹן נְקֵבָה *maſculinū* לָשׁוֹן זָכָר :

Quòd ſi contingat Aiin Paal eſſe gutturalem literam, loco Chiric vbique ponitur Patach, & loco Scheua Chateph patach, vt נְעָרָה increpatio, גַּעֲרַת חָכָם increpatio ſapientis, גַּעֲרָתוֹ increpatio eius, & ſic deinceps.

Sunt tamen quædam huius formæ, nimirum מְעָרַת תְּעָלַת מְצָרַת quæ priora duo puncta non mutant, ſed ſemper retinent. Cuius generis quoque eſt מְנָאוֹת הַתּוֹרָה & מְנָיוֹת הַלְוִיִּם Nehem.12. quorum ſingul. numerus ab hac forma nihil differt,& tamen in regimine pl.non mutatur.

DE PLVRALI NVMERO.

Priora duo puncta quæ ſunt in ſtatu abſoluto ſing. num. manent quoque in plur. num. ſtatu abſoluto, ה in fine quoque mutatur in ת antecedente ו, vt צְדָקוֹת iuſtitiæ. In regimine porrò & in omnibus affixis priora duo puncta ſequūtur planè ſingularem numerum ת ſemper habente ante ſe ו, vt in paradigmate ſequente videbis.

צִדְקוֹתֶיךָ	צִדְקוֹתָיו	צִדְקוֹת	צְדָקוֹת
צִדְקוֹתָם	vel	צִדְקוֹתֵיהֶם	צִדְקוֹתַי
צִדְקוֹתַיִךְ	צִדְקוֹתֶיהָ	צִדְקוֹתֵינוּ	צִדְקוֹתֵיכֶם
		צִדְקוֹתֵיכֶן :	צִדְקוֹתֵיהֶן

Cætera verò nomina huius generis, quæ quantum ad puncta ſpectat, nō habent formam בְּעָלָה, nullam planè habent difficultatem in mutatione puncto-

punctorum. Plærunque enim duo prima puncta reſeruant, in fine verò omnino ſuperiorum more exeunt. Satis ergo habebimus ſtatum tantùm abſolutum & regimen vnumque affixum, ferè omnium formularum, in vtroque numero ponere, ex quibus quomodo flectantur, & qua in re differant, perſpici poterit.

** Reuera deberet eſſe camets ſine ſcheua, & tamen breue, ſolū propter rudiores adiecimus ſcheua.*

Plurales, Affixū.	Regim.	Abſol.	Singulares. Affixū.	Regim.	Abſol.
סְגֻלּוֹתָיו	סְגֻלּוֹת	סְגֻלּוֹת	סְגֻלָּתוֹ	סְגֻלַּת	סְגֻלָּה
חַכְמוֹתָיו	חַכְמוֹת	חֲכָמוֹת	חָכְמָתוֹ	חָכְמַת	*חָכְמָה
גְּזֵלוֹתָיו	גְּזֵלוֹת	גְּזֵלוֹת	גְּזֵלָתוֹ	גְּזֵלַת	גְּזֵלָה
נֶחָמוֹתָיו	נֶחָמוֹת	נֶחָמוֹת	נֶחָמָתוֹ	נֶחָמַת	נֶחָמָה
כַּפְּרוֹתָיו	כַּפְּרוֹת	כַּפָּרוֹת	כַּפָּרָתוֹ	כַּפָּרַת	כַּפָּרָה
עֲבֹדוֹתָיו	עֲבֹדוֹת	עֲבָדוֹת	עֲבוֹדָתוֹ	עֲבוֹדַת	עֲבוֹדָה
תּוֹעֲבוֹתָיו	תּוֹעֲבוֹת	תּוֹעֵבוֹת vel	תּוֹעֲבָתוֹ	תּוֹעֲבַת	תּוֹעֵבָה
נְשִׁיקוֹתָיו	נְשִׁיקוֹת	נְשִׁיקוֹת	נְשִׁיקָתוֹ	נְשִׁיקַת	נְשִׁיקָה
שִׁפְחוֹתָיו	שִׁפְחוֹת	שְׁפָחוֹת	שִׁפְחָתוֹ	שִׁפְחַת	שִׁפְחָה
אֲבִילוֹתָיו	אֲבִילוֹת	אֲבִילוֹת	אֲבִילָתוֹ	אֲבִילַת	אֲבִילָה

Sunt etiam adhuc quædam aliæ formæ, quæ omnes quomodo flectantur, ex præcedentibus ſatis intelligi poteſt.

Reperiuntur quædam huius formæ quæ priora duo puncta mutant, vt נְבֵלָה in Regimine נִבְלַת, in Affixis נִבְלָתוֹ &c. quæ omnia vſu facilè obſeruari poſſunt.

Notandum porrò eſt aliqua huius generis eſſe, quæ in ת exeant præcedente ∴ & Cholé, vt קְטוֹרֶת

בתונת

כְּתוֹנֶת, quæ quidem in Regimine non mutantur, ſed in Affixis Scheua primæ literæ immutato reliquæ vocales ſequuntur formam קוֹדֶשׁ, de quo Pagina.50. & ת recipit dageſch, vt קְטָרְתּוֹ קְטָרְתְּךָ, &c. Rurſus quædã eſſe, quæ duo ·.· ante ת habeant, vt עֲטֶרֶת תִּפְאֶרֶת, quæ & ipſa in regimine immutata manent, niſi quòd in Affixis ·.· ·.· ſequuntur formam מֶלֶךְ, de quo Pag.48. vt עֲטַרְתּוֹ תִּפְאַרְתּוֹ.

Sunt quoque quædam quæ Mem ſuperadditum habẽt in capite, & ה fœmin. in fine, vt מַמְלָכָה מִלְחָמָה מְלָאכָה מֶמְשָׁלָה, Quæ in regimine poſteriores duas vocales in ·.· ·.· mutãt, vt מִלְחֶמֶת מַמְלֶכֶת מְלֶאכֶת מֶמְשֶׁלֶת. Quamuis iſta forma non ſolùm in regimine reperitur, ſed etiam in ſtatu abſoluto. Videmus etiam huic formæ addi pronomina, vt מִלְחַמְתִּי, quod non poteſt deductum eſſe à מִלְחָמָה cum ת habeat dageſch in ſe, à quo ה fœmininũ in ת mutatum, ſolet immune eſſe. Veriſimile eſt ergo euphoniæ cauſa in regimine potiùs poni hanc formam, quàm מֶמְשֶׁלֶת מַמְלֶכֶת &c. Sic videmus in participiis, in regimine potiùs poni לוֹמֶרֶת quàm לוֹמְרַת. In plurali verò numero ad priorem formam redeunt, vt מִלְחָמוֹת מַמְלָכוֹת &c.

DE LITERIS HEEMANTICIS VEL *ſuperadditis, vt veteres Grammatici vocant.*

SEx literæ ſunt, quarum auxilio Nomina verbalia formantur, quæ omnes in hoc vocabulo הֶאֱמַנְתִּי comprehenduntur, ex quibus ſæpenumerò ad radicem vna ſuperadditur, interdum duæ: & nunc præfigitur, nunc ad calcem appenditur, quemadmodum ex his exemplis agnoſci poteſt.

Non

ה

Non reperitur in capite nominum perfectorum niſi in his duobus הָרְוָחָה, Exod. 8. הַשְּׁמֻעוֹת, Ezec.24.verùm in nominibus imperfectis aliquoties, vt in ſecundo libro, quo de illis agitur, videbis.

Quæ nomina verò ה heemanticum ſiue ſuperadditum in fine habeant, non ab omnibus æquè ac pari facilitate dignoſcuntur: nam non omne ה, quod ad cuiuſuis dictionis finem adiungitur, præcedente Camets, eſt heemanticum vel ſuperadditum (vt quidam putant) ſed illud ſolum quod eorum nominum extremum occupat, quæ accentũ habent in penultima, vt נַחֲלָה חֲרָרָה לַיְלָה חֶרְפָּה. Item זְמוֹרָה, id eſt, fœtor Ezech.15.& Eſaiæ 17.quod Nomen etiam eſt maſculini generis, quod verbis & nominibus adiectiuis, & affixis facilè colligi poteſt, & ſimilia. ה verò in fine præcedente Camets eius dictionis quæ accentum habet in vltima, vt צְדָקָה non eſt heemanticum, ſed ſeruile: conſtituit enim genus fœmininum.

Ideoque hîc quædam non reprehendendi libidine, neq; oſtentandi voluntate, ſed veritatis demonſtrandæ cauſa breuiter inſerenda videntur, à qua multi Grammatici qui hac noſtra ætate etiam in vniuerſitatibus celeberrimis ſcribunt, hac in re maximè aberraſſe mihi viſi ſunt. Scribunt enim ה in מְלוּכָה טֻמְאָה חֶרְפָּה נְדָבָה נְקָמָה צְדָקָה חָכְמָה נֶחָמָה, מַמְלָכָה מֶמְשָׁלָה תִּפְאָרָה, & ſimilibus, quæ omnia accentum habent in vltima, eſſe heemanticum. Qui quidem error hoc me magis in admirationem adduxit, quòd is doctiſſimis quibuſque viris, quorum & nomen ex Hebraicæ lin-

guæ cognitione clarum eſt, & qui omnia ſua ex Kimchi, Aben Ezra, & aliis veteribus Grammaticis Hebræorum deprompſiſſe videri volunt, non ſit animaduerſus. Cùm tamen apud hos grauiſsimos authores & Grammaticorum principes euidentiſsimum atque maximum diſcrimen inter literas heemanticas, quas ipſi אוֹתִיּוֹת הַנּוֹסָפוֹת nominant, & inter אוֹתִיּוֹת הַשֵּׁירוּת, id eſt, literas ſeruiles extare videmus, id quod Dauid Kimchi in primo capite Michlol his verbis copioſiſſimè proponit, inquiens:

וְהָאוֹת הַמְשַׁמֶּשֶׁת אֵינָהּ תוֹסֶפֶת אַחַר שֶׁהִיא לְצוֹרֶךְ הַשִּׁמּוּשׁ וּלְהוֹרוֹת עַל הַנִּדְבָּר אֲבָל הַהֵא וְהַמֵּם הַנּוֹסָפוֹת בְּבִנְיָן הִפְעִיל וְכֵן בִּשְׁאַר הַבִּנְיָנִים הַהִיא תִקָּרֵא תוֹסֶפֶת כִּי אֵינָם מוֹרוֹת עַל הַנִּדְבָּר וְאֵינָם מְשַׁמְּשׁוֹת רַק הֵם לְהַבָּרוֹת הָעִנְיָן : Ex quibus verbis manifeſtú eſt, maximo diſcrimine literam heemanticam & ſeruilem diſtare: Seruilis enim litera, inquit, neceſſitatis cauſa additur, vtpote quę conſtituat perſonas, genus, & alia. Superaddita verò tantùm additur ad formanda verba, vt ה Hiphil & מ Participiorum, & aliæ literæ quę ad formandam rem aliquam adhibentur. Atque huius quoque diſcriminis mentionem facit Kimchi in Doctrina de literis heemanticis, vbi tamen perbreuis eſt. Item Iudicum cap. 14. de vocabulo חרסה inquit, ה in fine non eſſe gen. fœm. ſed heemanticum, proptereà quòd habeat accentum in penultima. Idem Aben Ezra de vocabulo Laielah, dicit: הֵא לַיְלָה נוֹסָף כִּי הִיא מִלְּעֵל וּלְעוֹלָם הִיא לְשׁוֹן זָכָר. Id eſt, ה vocabuli לילה eſt ſuperadditum, proptereà quòd vocabulum eſt Milel, & in perpetuum eſt generis maſculini. Ex quibus verbis manifeſtiſſimum eſt ה in fine non poſſe dici ſuperadditum, niſi in vocabulis, quæ accẽtum habent in penultima. Huc quoque adferri poſſet teſtimonium doctiſſimi viri Rabbi Aben Iechiel, qui eandem ſententiam duobus in locis fuſiſſimè comprobat, niſi à prolixitate abhorrerem. Sed tamen authoritatem noſtri Eliæ nequaquam hoc loco prætereundam duxi, cuius libri etiam apud omnes mediocriter huius linguæ peritos verſantur. Is dicit quatuor eſſe genera ה, vnum radicale, alterum fœmininũ, tertium affixum, quartum ſuperadditum, in Ver-

Gen. 1.

In lib. traditionis traditionũ ſermone decimo.

in Verbis & in Nominibus, omniaque nomina, quæ ה ſuperadditum habeant in fine eſſe Milel. Eo autem quid clarius dici poteſt? Adducerem aliorum quoque doctiſsimorum Hebræorum teſtimonia, niſi exiſtimarem ſufficere authoritates eorum, qui & Hebraicæ linguæ ſtudioſis ſunt noti, & quorum eruditio omnium doctorum teſtimonio comprobatur. Atque nos arbitror noſtro officio perfunctos, quòd loca iſta demonſtrauimus, ex quibus & errorem ſuum cognoſcere, & cognitum reuocare poſsint.

א

Præponitur Nominibus, & plerunque habet Sægol, vt אֶפְרוֹחַ: Aliquando Patach, vt אַשְׁמוּרָה. Kimchi quoque ſtatuit Aleph in אֲזֵנֶךָ arma tua, Deut.23. eſſe ſuperadditum & thema eſſe זַיִן. vide in Rad. in themate אזן. In Chaldaica lingua ſępiùs fini Nominum adiicitur, vt מַלְכָּא אַבָּא: in Hebraica verò lingua puto nunquàm niſi Eſaiæ 19. in vocabulo לְחָגָּא.

Arabes, quorum lingua cum Hebræorum ſermone maxima quadam affinitate atque cognatione iungitur, א in fronte plerunque vocàbulis adiungunt, vt Pſalm. 2. Abeni, filius meus, vbi Beni dicunt Hebræi. Atque ex hac Arabum conſuetudine, iſta tum Medicorum quorundam, tum Rabbinorum nomina atque appellationes procul dubio profectas exiſtimare poſſumus, Abencēna, Abenrroes, Aben Tybben, Aben Ezra, Aben Iechiel, quorum nomina propria per appellationem parentum & maiorum ſuorum, quorum ipſi filii dicuntur, ſignificantur. De qua re aliàs latiùs dicturi ſumus.

מ

Plerunque in capite dictionis ſuperadditur, habens ſub ſe Chiric, vt מִזְמוֹר Pſalmus, in plurali

num.מִזְמוֹרִים. Ante gutturales literas מ habet —, vt מַחֲשֶׁבֶת cogitatio, מַחְשַׁבְתּוֹ cogitatio eius.Quãuis etiam ante literas non gutturales reperitur hauere —, vt מַטְעַם, quod nunq̃ ſua pũcta mutat, verùm in Affixis & plurali numero Lamed paal recipit Dageſch, vt מַטְעַמּוֹ מַטְעַמִּים מַטְעַמֵּי, &c. Pauca ſunt quæ habẽt ם ſuperadditũ in fine, vt פִּדְיוֹם שִׁלְשׁוֹם. Sic quoque ſecundum Aben Ezra ם in אָמְנָם חִנָּם רֵיקָם eſt נוֹסָף, id eſt, ſuperadditum.

נ

In fine Nominum ſępiùs ſuperadditur, vt זִכְּרוֹן הֶשְׁבּוֹן, quorum maxima pars in plurali numero habet terminationem fœminini generis זִכְרוֹנוֹת חֶשְׁבּוֹנוֹת, quod etiam habet חִשְּׁבוֹנוֹת. Quamuis quędam more maſc.gen.exeant, vt קִמְּשׁוֹן קִמְּשׁוֹנִים אֶבְיוֹן אֶבְיוֹנִים, & alia quædam, de quibus quoque inuenies in tractatu de Nominibus Lamed He. *Eccleſ.7.*

Sunt quoque quædam, quæ velut diminutiua habent ן in fine, vt שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן יִהְיֶה לָכֶם, ſabbathũ, ſabbathulum ſiue quies quietula erit vobis, id eſt, non extemplò ab exitu ſabbathi rebus prophanis vos dabitis, ſed partem aliquam ſequentis diei addetis ei. Sic nigra imago in pupilla vocatur אִישׁוֹן, quia apparet in illa figura parui viri. Eodem modo vult Kimchi in commentariis ſuis ן vocabuli נְחֻשְׁתָּן eſſe diminutiuum. Rabbi Salom.verò putat eſſe Affixum fœminini generis. *Leuit.16.* *4.Reg.18.*

Paucis nominibus propriis additur in capite, vt נִמְרוֹד נַפְתָּלִי נֶפְתּוֹחַ.

Super-

ת

Superadditur initio nominum, vt תַּעֲנוּג voluptas, תַּרְדֵּמָה ſopor, תַּלְמִיד diſcipulus, תִּפְאָרָה decor. In fine ת heemanticum ſæpiùs reperitur, vt
רֵאשִׁית שְׁאֵרִית תַּחְתִּית כְּבֻדַּת אֵילוּת יְדִידוּת מַלְכוּת,
quæ omnia in ſingulari numero non mutantur, in plurali verò regulariter interponitur iod mobile, vt תַּחְתִּיּוֹת מַלְכִיּוֹת, & ſic de reliquis. Cuius formę quoque eſt קוֹמְמִיּוֹת. Idem obſeruandum eſt in numero ordinali generis fœminini, qui quoque ת heemanticum præcedente iod mobili habet in fine, vt שֵׁנִית, in plur. num. habet שְׁנִיּוֹת, & ſic in omnibus.

Leuit.26.

י

Iod ſæpiùs additur initio nominum propriorum, vt יַעְבֵּץ יִצְהָר יִדְלָף יַעֲקוֹב יִצְחָק. Additur quoque frequenter ad finem in nominibus gentilibus, vt עִבְרִי Æbræus, אַשְׁכְּנַזִּי Germanus, סְפָרַדִּי Hiſpanus, צָרְפָתִי Gallus, יִשְׁמְעֵאלִי Arabs. Et quemadmodum ית præcedente Iod in fine numerum ordinalem gen. fœmin. conſtituit, ita Iod in fine eundem numerum maſc. gen. vt שֵׁנִי ſecũdus, שְׁלִישִׁי tertius, &c. quæ omnia in plurali numero regulariter deberent duo Iod habere, verùm ne duo Iod concurrant, frequenter alterum abiicitur, vt עִבְרִים pro עִבְרִיִּים & נוֹצְרִים pro נוֹצְרִיִּים, & שְׁנִים pro שְׁנִיִּים, & שְׁלִישִׁים pro שְׁלִישִׁיִּים.

De יִצְהָר vide Abē Ezra Iob.24. De יַעְבֵּץ 1.Paral.4. vide Rabbi Sal.

Reperitur quoque, vt Rabbinis placet, in medio nominis proprii Iod, contemptus cauſa ſuperadditum,

 additum,

additum, vt Abſolam fratrem ſuum אַמְנוֹן vocabat אֲמִינוֹן. *2.Reg.13.*

DE LITERIS SERVILIBVS.

Apud Hebræos, Pronomina, Præpoſitiones, Coniunctiones, Interiectiones, Aduerbia, certis quibuſdam literis in initio vel in fine dictionis ſolent indicari, per quas ſimiliter quoque infinitiui & futura verborum, vt ſuperiùs viſum eſt, formantur. Atque hæ literæ omnes, quæ tali funguntur munere, ſeruiles appellantur. Quoniam verò nuſquam non earum vſus neceſſarius eſt, ſelectæ ad eam rem literæ ſunt, quæ molliſsimè pronunciari poſſent. Primum ex gutturalibus ſumpſerunt א & ה, ח verò & ע nullo ſeruitio aptæ ſunt propter aſperitatem nimiam. Ex palatalibus כי, ex lingualibus לנת, ex dentalibus, quia ſonum faciunt, & aliquomodo durum ſolum ש acceperunt, quæ tamen litera rariſsimè in Bibliis adhibetur ad ſeruitium, apud Rabbinos verò frequenter. Labiales verò omnes ſeruitio deſtinatæ ſunt, præterquam פ, ex qua re conſtat mediam literarum partem eſſe ſeruilium, alteram radicalium, quas omnes ego in hiſce verbis comprehendo, כֹּהֲנִים לֹא תֵּבְשׁוּ. Porrò quòd א conſtituat primam perſonam in Futuro, י tertiam, ת ſecundam maſculini generis, & tertiam fœminini generis, נ primam pluralem, in verbis id ſuo loco apertè ſatis oſtenſum eſt. Quocirca ſeptem tantùm declarandæ adhuc relinquuntur, quæ

Aben Ezra Eccl.7. comprehẽdit eas in בְּשְׁתִּיל אַב הָמוֹן: *id eſt, Sicut plãtatio patris multitudinis.*

quæ hiſce duobus nominibus propriis מֹשֶׁה וְכָלֵב comprehenduntur, vel in וְהִמְשַׁל בָּךְ.

מ

Quemadmodum Meṁ pro מִן præponitur infinitiuo ſignificans à, ab, e, ex, de: ſic quoque nominibus, ſequenti literæ Dageſch (modò capax

1.Reg.14. ſit) imprimens, vt מִשַּׂעֲרַת רֹאשׁוֹ de crine capitis eius. Si verò ſequens litera non eſt capax Da-

Gen.28. geſch, recipit ſub ſe Tſere, vt מֵאַבְנֵי הַמָּקוֹם de lapidibus loci.

Aliquando tamen & in nominibus & in infinitiuo ante החר ſuum Chiric retinet, vt מִחוּט de

Gen.14. *2.Reg.18.* filo, מִהְיוֹת כֹּהֵן ne ſit ſacerdos, 3. Reg. 2. מִרְדּוֹף à perſequendo. Hebræi per hanc literam gradus comparationis circumloquuntur, veluti כִּי טוֹב

Prouerb. 3. סַחְרָהּ מִסְּחַר כָּסֶף וּמֵחָרוּץ תְּבוּאָתָהּ quoniam melior eſt negociatio eius negociatione argenti, & auro

Iudic.14. optimo fructus eius, מַה מָּתוֹק מִדְּבַשׁ וּמֶה עַז מֵאֲרִי, quid dulcius eſt melle, & quid robuſtius leone?

Pſalm.12. Significat etiam Propter, ob, vt מִשֹּׁד עֲנִיִּים מֵאַנְקַת אֶבְיוֹנִים propter deſolationem pauperum, propter gemitum inopum, &c. Sed apud Rabbinos frequentiùs, vt R.Sal. Num.22. מִיִּרְאָתָם שֶׁל יִשְׂרָאֵל propter timorẽ Iſraëlitarũ. Quando præponitur Iod ſcheuato, tunc Scheua ſub Iod euaneſcit, vt יָמִין dextera מִימִין à dextera, Ezechiel.9. & alia permulta huiuſmodi.

Excipiũtur tamẽ quadã quæ ſcheua ſub Iod retinent, et etiã dageſch vide Dan. 12.& 2.Paral.20.

Porrò ם vim Pronominis Affixi cùm in Nominibus

nibus tum in Verbis habere, ſuo loco docetur.

מ Præpoſitionis aliquando deſideratur, vt אֶלְחָנָן בֶּן דוֹדוֹ בֵּית לֶחֶם Elchanan filius Patrui eius à Bethlehem, ac ſi ſcriptum eſſet מִבֵּית. 2.Reg.23. & alia quædam.

ש

Officium ש eſt, quòd capitur pro dictione אֲשֶׁר qui, quæ, quod, & punctatur ferè cum ְ: etiã iuxta gutturales literas, vt בַּיּוֹם שֶׁיָּזֻעוּ שׁוֹמְרֵי הַבַּיִת, id eſt, In die quo mouebantur cuſtodes domus, Eccle.12. Nonnunquam habet Patach, vt שַׁקַּמְתִּי, quæ ſurrexi. Iudic.5. Inuenitur quoque cum Camets ante א, vt שָׁאַתָּה מְדַבֵּר, quod tu loqueris, Iudic. 6. Item cum Scheua, שְׁהוּא עָמֵל, quod ipſe laborauit, Eccle. 2. & 3. Aliquando ſignificat idem quod כי; שֶׁיִּרְאוּ מִלְּפָנָיו, vt timeant à conſpectu eius, Eccle.3. Aliquando habet literam Lamed adiunctam, שֶׁל, & conſtituit genitiuum caſum, quod tamen in Bibliis non niſi Ionæ 1. puto reperiri, & Eccle. 8. Apud Rabbinos verò vſitatiſsimum eſt, vt in libro: פִּרְקֵי אָבוֹת: [תֶּן לוֹ מִשֶּׁלּוֹ שֶׁאַתָּה וְשֶׁלְּךָ שֶׁלּוֹ:, id eſt, Da illi (Deo) de ſuo, quia tu & tuum ipſius eſt;

Vbi tenendum eſt, nõ ſemper habere vim relatiui, ſed etiam coniunctionis cauſalis.

Aliquando ש ſubintelligitur, vt מִן הַשָּׁלָל הֵבִיאוּ pro שֶׁהֵבִיאוּ vel אֲשֶׁר הֵבִיאוּ 2.Paral.15.

ה

Hæc litera primò vocatur הֵא הַיְדִיעָה, id eſt, He demonſtrationis, quòd veluti demonſtret rem aliquam, ac emphaſim quandam ſecum adferat ad

eam

eam ſignificantiùs exprimendam: & tunc punctatur Patach ſequente dageſch, vt הַבַּיִת illa domus, הַשַּׁעַר illa porta. Ante א verò ע & ר notatur vocali Camets; vt הָאָדוֹן ille Dominus, הָעֶבֶד ille ſeruus, הָרוֹעֶה ille paſtor. Quando verò literam gutturalem habentē Camets, antecedit, frequenter habet Sægol, vt הֶעָשָׁן ille fumus. Excipiuntur dictiones monoſyllabæ, ante quas Camets retinet, vt הָעָם ille populus, הָהָר ille mons.

Excipitur quoque vocabulũ ארץ ante quod ה demõſtratiuũ ſemper habet ֶ, cuius meminit Aben Ezra primo capite Geneſis.

Ante ה & ח plærunque Patach ſuum retinet, vt הַהֵיכָל illud templũ, הַחַלּוֹן illa feneſtra, בֵּין הַהֲדַסִּים id eſt, Inter myrthos, Zachariæ primo cap. Quin etiam ante literam ſcheuatam Dageſch maximè capacem reperitur habere ſub ſe Patach non ſequente Dageſch, vt הַיְאוֹר illa piſcina, הַלְוִיִּם iſti Leuitæ. in quibus tenendum eſt euphoniæ cauſa dageſch abiectum eſſe.

Præponitur etiam Verbis, & tunc relatiui vim habet, vt הַנִּרְאֶה אֵלַי qui viſus eſt mihi. Danie.8.

Secundò vocatur הֵא הַתְּמִהָה vel הֵא הַשְּׁאֵלָה, id eſt, He admirationis & interrogationis, habetque ֲ, vt הֲזֶה אֲחִיכֶם num iſte frater veſter? Gen.41. Ante gutturales verò quæ non notatæ ſunt Camets, habet Patach, vt הַאִישׁ כָּמוֹנִי יִבְרָח num vir vt ego ſum fugiet? Nehemiæ 8. Ante eaſdem ָ notatas ֶ habet, vt הֶהָיְתָה זֹּאת num factum eſt hoc? Ioël. 1. A Aliquando adiicitur fini nominum idem valens quod ל in capite motum ſcilicet ad locum, vt מִצְרַיְמָה in Ægyptum. Quam

vim aliquando habet in capite, cùm videlicet ה heemanticũ finit vocẽ, vt הָהָרָה לְכוּ in montẽ ite. *Ioſue 2.*

ה eſt etiã ſed rariùs, vocatiui caſus, vt עֲלוּ הַסּוּסִים *Ierem.9.* aſcẽdite ô equi, הַיּוֹשֶׁבֶת בַּגַּנִּים ô quæ ſedet in hortis. *Cant.8.*

A ה admirationis aliquando deſideratur, vt תִּמְשֹׁךְ לִוְיָתָן בְּחַכָּה, id eſt, Num trahere potes Leuiathan hamo, Iob 4. ac ſi legeretur הֲתִמְשֹׁךְ &c.

ו

Iſta litera quum ſeruit, וָיו הַחִבּוּר vel וָיו הָעֲטֵף à copulando vocatur, idem valens, quod apud Latinos, ET, copulatiuũ, vt וְלִפְנֵיהֶם נֵבֶל וְתֹף וְחָלִיל וְכִנּוֹר וְהֵמָּה מִתְנַבְּאִים, id eſt, Et ante eos nablum & tympanum, & tibia, & cithara & ipſi prophetabant. 2.Samuel.10. In his ſeptẽ vocabulis in vno eodẽq; verſu habes quinque Vaf copulatiua. Sæpiſsimè tamen apud Hebræos, & in exordio narrationis vſurpari ſolet, vt in principio Ioſuæ, Iudicum & Regum, multiſque aliis in locis, de qua re Dauid Kimchi in Michlol multa. Aben Ezra Gene. 20. dicit huiuſmodi duo millia in Bibliis reperiri, idẽ valentia quod Phe raphatum apud Iſmaëlitas.

Phe raphatũ in Arabica lingua ponitur loco vaf, quia prolatione nihil ab eo differt. Sæpiùs verò euphoniæ cauſa ocioſè ſententiis præponitur.

Huius peculiare & genuinum punctum eſt Scheua, cuius loco tamen certis de cauſis alia recipit: habet enim omnia puncta pręterquàm Cholem, Kybuts & puncta rapta. Ante literam ſcheuatam ſiue Verbis, ſiue Nominibus, ſiue dictionibus præponatur, habet Schurec, vt וּרְאוּ נָא וּדְעוּ & videte quæſo & ſcitote, Ieremiæ 5. וּגְדֻלָּה & magnificentia, וּלְמַעַן & propterea.

Verùm

ſignificans Et, ad, q̃d, ſed, verùm, certè.

Verùm ante Iod ſcheuatum ſortitur Chiric, in coque Iod quieſcit: accedente enim ו copulatiuo, Iod ſuum Scheua amittit, vt יְהִי erit, וִיהִי & erit, יְקָר dignitas, וִיקָר & dignitas.

Ante במפ quoque habet Schurec, vt וּבוֹטֵחַ & ſperans, וּמִשְׁחוֹת & vnges, וּפָשׁוּ פָּרָשָׁיו, Et multiplicabuntur equites eius, Habac. 1. וּמָחָר & cras, וּפֶן & fortaſsis.

Reperitur וָלָד Gen. 11 verùm eo in loco vaf loco Iod poſitũ eſt, idem enim eſt quod יָלָד

Pari modo haberet ante ו Schurec, verùm cùm in Bibliis non niſi vnum vocabulum, nimirùm וָיִם reperitur, cuius Pe paal ſit ו, non poſſunt dari exempla. Apud Chaldæos verò & Rabbinos frequenter, vt ווִדוּי & confeſsio, ווַי & veh, ווַדְּאַי & certum, ווָתִיק & fortis, & alia.

Secundò quando copulat duas res, præſertim cùm illud vocabulum, cui præfigitur, fuerit milel vel monoſyllabũ, habet Camets, vt קִנִים וָהֶגֶא וָהִי, id eſt, Querelæ & loquela & gemitus. Ezech. 2.

Tertiò cùm acceſſerit ad literam gutturalem notatam puncto rapto, ſemper punctum affine habet, hoc eſt, ſi gutturalis litera habet Chateph camets, Vaf copulatiuum ָ habebit, ſi ea ֲ Vaf ַ, ſi ea ֱ Vaf ֶ, vt וָאֳנִי & nauis, וַאֲרֻבּוֹת & feneſtræ, וֶאֱמֶת & veritas. Excipitur אֱלֹהִים, ante quod ſemper habet ֵ, vt וֵאלֹהִים & Deus.

Obſeruandum etiam ו frequenter præteritum in futurum vertere, & rurſus futurum in præteritum, vocaturque וָו הַהִפּוּךְ, id eſt ו conuerſiuum. Quando vertit præteritum in futurum notatur

 genuino

genuino ſuo puncto : , וְדָרַשְׁתָּ וְחָקַרְתָּ וְשָׁאַלְתָּ , id eſt, Et inquires,& inueſtigabis,& interrogabis. *Deut.13.*

Si Pe paal eſt vna ex hiſce במפ vel Scheua afficitur, ſequitur regulam generalem ſuperiùs dictam, quod etiam in exemplis ſuperiùs poſitis videre eſt. Quando verò futurũ vertit in pręteritum, habet ſub ſe ַ, ſequẽte * dageſch, vt וַיִּשְׁלַח & miſit. In prima verò perſona futuri temporis propter א,quod non eſt capax dageſch,habet ָ, vt וָאָקוּם וָאֵצֵא וָאֶפּוֹל, & ſurrexi & egreſſus ſum,& cecidi. *Ezech.3.*

** Quod tamẽ aliquando euphoniæ cauſa excidit.*

Non tamen ſemper Præteritum in Futurum vertit, ſi quando enim præcedit aliud verbum Præteriti temporis, ו tantùm copulat, & non vertit, vt אָבִיךָ הֲלֹא אָכַל וְשָׁתָה, Pater tuus an non comedit & bibit,non verò & bibet. *Ierem.22.* מִי פָעַל וְעָשָׂה quis operatus eſt & fecit, non verò, & faciet. *Eſaiæ.40.* Scias Prophetas ſolere vti Præteritis loco Futurorum, nam cùm de Dei promiſſis nihil dubitent,ſcribunt de re futura, ac ſi facta eſſet. In Pſalterio verò, Prouerbiis, & Iob maxima pars futurorum pro præteritis poſita eſt. Quo loco obſeruandum, ו Futurum plerunque in Præteritum imperfectum,rariùs in Perfectum, rariſſimè in Plus quàm perfectũ vertere. הֵן אַתָּה קָצַפְתָּ וַנֶּחֱטָא ecce tu ſuccenſuiſti,& nos peccaueramus, id eſt,nos diu antè peccauimus, quàm tu ſuccenſuiſti. *Eſaiæ 64.* Huiuſmodi plura exempla annotantur in Michlol,quæ quomodo reddantur, contextus facilè indicabit. Non prætereundum puto, Vaf vim collationis interdum habere,quod ideò וָ הַהַשְׁוָאָה appellant. exempla in Prouer. vbique obuia ſunt, vt מַיִם קָרִים עַל נֶפֶשׁ עֲיֵפָה וּשְׁמוּעָה טוֹבָה מֵאֶרֶץ מֶרְחָק, id eſt,vt aqua frigida ſuper animum defatigatum,ſic nuncium bonum ex terra longinqua (delectat.) *Prouer.25.* Eſt præterea aliud ו idem ſignificans,quod או, id eſt,vel, וּמַכֵּה אָבִיו וְאִמּוֹ & qui percutit patrem ſuum vel matrẽ ſuam. *Exod.21.* Valet etiam aliquando idem quod אֲבָל, id eſt,verùm,certè,ſed,vt יְעַבְרֶיךָ

בָּאוּ ſed ſerui tui venerunt,Gen.42.Sæpiſſimè per ו vocabu-
Eſaiæ.42. lum aliquod præcedens repetitur, vt וּכְבוֹדִי לְאַחֵר לֹא אֶתֵּן וּתְהִלָּתִי לַפְּסִילִים, & honorem meum alteri non dabo, neque laudem meam ſculptilibus. hic in poſteriore clauſula par-
Prouer.30. ticula לֹא neceſſariò repetendum eſt. Sic וְלֹא לָמַדְתִּי חָכְמָה וְדַעַת קְדֹשִׁים אֵדָע, & non didici ſapientiam, neque ſcientiam ſanctorum cognoſco. Cuius quoque meminit Aben Ezra Deuter.33.in verſu יְחִי רְאוּבֵן וְאַל יָמוֹת.

כ

Quando litera ſeruilis eſt,vocatur כַּף הַדִּמְיוֹן, id eſt Caf ſimilitudinis,vt כְּרֵיחַ שָׂדֶה ſicut odor agri. Quando duæ res comparantur,ſingulis præponitur כ. Cuius quoque meminit Aben Ezra, Geneſis 18. Aptum ſanè exemplum extat Eſaiæ 24. וְהָיָה כָעָם כַּכֹּהֵן כַּעֶבֶד כַּאדֹנָיו כַּשִּׁפְחָה כַּגְּבִרְתָּהּ כַּקּוֹנֶה כַּמּוֹכֵר כַּמַּלְוֶה כַּלֹּוֶה כַּנֹּשֶׁה כַּאֲשֶׁר נֹשֶׁה בוֹ, id eſt,& erit ſicut populus, ſic ſacerdos: ſicut ſeruus , ſic dominus eius : ſicut ancilla,ſic domina eius : ſicut emens,ſic vendens : ſicut ad vſuram accipiens, ſic vſurarius: ſicut debitor,ſic qui exactor eius eſt : id eſt,populus erit ſicut ſacerdos,& ſacerdos ſicut populus,& ſic de reliquis.

Eſt præterea quod vocatur כַּף הַשִּׁעוּר,id eſt,Caf menſuræ vel coniecturale , vt כְּעֶשְׂרִים אִישׁ circiter viginti viri,כְּאֵפָה שְׂעוֹרִים circiter menſurâ hordei.

Aliquando Caf ſimilitudinis non adnectitur vocabulis, ſed recipit parelcon מוֹ , dictionemque per ſe efficit,vt וְרָבוּ כְּמוֹ רָבוּ & multiplicabuntur ſicut multi fuerunt, tumque aliquando recipit
3.Reg.22. Affixa,vt כָּמוֹנִי כָמוֹךָ,ſicut ego ſic tu,& ſic in omni-

bus perſonis, idem facit ב litera ſeruilis, vt לִירוֹת
בְּמוֹ אֹפֶל, Pſal. 11. pro בְּאֹפֶל. Sic quoque Iob 16.
וְאָנִיעָה עֲלֵיכֶם בְּמוֹ רֹאשִׁי idem quod בְּרֹאשִׁי.

ל

Hæc litera aliquãdo eſt datiui caſus, רִפְאוּת תְּהִי *Prouer.3.*
לְשָׁרֶּךָ וְשִׁקּוּי לְעַצְמוֹתֶיךָ, id eſt, remedium erit vm-
bilico tuo, & potio oſsibus tuis. Sæpiùs genitiui,
vt מִזְמוֹר לְדָוִד Pſalmus Dauidis. Aliquando mo-
tum ad locum deſignat, vt שׁוּב לְאַרְצְךָ וּלְמוֹלַדְתְּךָ *Gen. 32.*
reuertere in terram tuam & in patriam tuam. Si-
gnificat etiam nonnunquã idem quod אֵת, id eſt,
accuſatiui articulum vt הָרְגוּ לְאַבְנֵר occiderũt Ab- *2.Reg.3.*
ner. Aliquando idem valet quod ב, vt אִישׁ הָרַגְתִּי *Geneſ.14.*
לְפִצְעִי virum occidi vulnere meo, idem enim eſt
(vt Kimchi placet) quod בְּפִצְעִי. Sic quoque וַיְהִי
דָוִד לְכָל דְּרָכָיו מַשְׂכִּיל, & fuit Dauid in omnibus viis *1.Reg.18.*
ſuis prudens ſeu fœlix: vt idem ſit ac ſi ſcriptum
eſſet בְּכָל. Valet etiam aliquando idẽ quod בַּעֲבוּר,
id eſt, propter, vt וַיִּשְׁאֲלוּ אַנְשֵׁי הַמָּקוֹם לְאִשְׁתּוֹ, & in- *Gen.26.*
terrogauerunt viri loci propter vxorem eius.

Aliquando ל valet Pro, loco, vt וַתְּהִי לָהֶם הַלְּבֵנָה
לְאָבֶן, & fuit illis later pro lapide, vel loco lapidis.
Gen.11. vide eo in loco Aben Ezra. Aliquando ל
redundat, vide Lexicon Pagnini in themate מנה.
vide quoque Aben Ezra Nehemiæ cap.9.

Sæpenumerò recipit Affixa, & eſt datiui caſus, vt

לִי mihi com.	לְךָ tibi m.g.	לוֹ ei m.g.
לָנוּ nobis com.	לָכֶם vobis m.g.	לָהֶם illis m.g.

In pauſa, ſecūda perſona maſ.g. ſing.nu. nihil differt à fœminino genere, cùm ſub ך habeat ſcheua,

In pauſa, ſecūda per-	לָךְ tibi f. gen.	לָהּ ei fœ.gen.
ſona maſ.g. ſing.nu.	לָכֶן vobis f. g.	לָהֶן illis f.gen.

nihil differt à fœminino genere, cùm ſub ך habeat ſcheua, vt: קַח נָא אֶת-בִּרְכָתִי אֲשֶׁר הֻבָאת לָךְ, Gen.33. id eſt, Accipe munus meum quod adfertur tibi. Etiamſi multa in pauſa ſua puncta retinent.

ב

Plærunque ſignificat In, vt בְּחֶדֶר in cubiculo:
aliquando idem quod Ablatiuus inſtrumenti vel
2.Reg.25. modi, vt וַיַּהַרְגֵהוּ בַּחֲנִיתוֹ & occidit illam haſta eius.
Ierem.28. בְּחָכְמָתְךָ וּבִתְבוּנָתְךָ עָשִׂיתָ לְּךָ חָיִל ſapientia tua & pru
dentia tua comparaſti tibi exercitum. Significat
Prouer.12. etiam aliquando Propter, vt בְּאֹרַח צְדָקָה חַיִּים
Gen.18. propter ſemitam iuſtitiæ eſt vita. הֲתַשְׁחִית בַּחֲמִשָּׁה
num tu vis perdere propter quinq;? Item Ionæ 1.
בְּנֶפֶשׁ propter animam. Solent etiam Hebræi abla-
Gen.23. tiuum precij beneficio ב exprimere, בְּכֶסֶף מָלֵא ar-
2.Reg.24. gento pleno, id eſt, pecunia digna, אֶקְנֶה מֵאוֹתְךָ
בִּמְחִיר emam à te commutatione, id eſt, reddam
Eſaia 45. tibi pecuniam æqualem. לֹא בִמְחִיר וְלֹא בְשֹׁחַד
non commutatione neque munere. Beth etiam aliquoties valet idem quod מ vt Eccle. 5. בַּעֲמָלוֹ idem quod מֵעֲמָלוֹ ſicut וְהַנּוֹתָר בַּבָּשָׂר וּבַלָּחֶם, idem quod וְהַנּוֹתָר מִבָּשָׂר וּמִלֶּחֶם, Leuit. 8.

Hæc litera ſolet etiam frequenter recipere affixa more Lamed, vt

בִּי in me com.	בְּךָ in te m.	בּוֹ in eo
בָּנוּ in nobis cō.	בָּכֶם in vobis m.	בָּהֶם in illis m.
Quomodo ב parel-	בָּךְ in te f.	בָּהּ in ea
con מ accipiat, in ל eſt dictum.	בָּכֶן in vobis f.	בָּהֶן in illis f.

De pvnctis literarvm.

כְּלְּבְ

Peculiare punctum his tribus literis eſt Scheua,ſed quemadmodum Vaf copulatiuum ante literam ſcheuatam, nonnunquam, ne duo Scheua in initio dictionis concurrant, mutat Scheua in Chiric: ſic etiã hæ tres literę ſemper,vt בִּדְבִיר כִּדְבִיר לִדְבִיר.Et quemadmodum ו copulatiuũ ante אֱלֹהִים ſemper habet .. in quo א quieſcit, ſic etiã hæ tres literæ. Ante י ſcheuatũ quoq; chiric habẽt, in quo י quieſcit,vt בִּימֵי in diebus, & ante gutturales literas affectas puncto rapto, punctũ affine: ſic etiam hæ tres literæ. Solum hoc admonendum eſt,quòd hæ tres literæ regulariter non patiuntur poſt ſe ה demonſtratiuum, nam non rectè dicimus בְּהַכִּיס בְּהַכּוֹס בְּהַכַּעַס, ſed eliditur ה demonſtratiuum,& literæ כלב eius punctũ ſcilicet — ſequente dageſch, recipiunt,vt בַּכִּיס בַּכּוֹס בַּכַּעַס, id eſt, in ipſa crumena,in ipſo poculo,in ipſa ira,ſupple, ingenium hominis cognoſcitur. Chaldæi dicunt בְּכִיסָא בְּכוֹסָא בְּכַעֲסָא. Quando igitur literæ כלב habent — ſequente dageſch,certum eſt eas ה demonſtratiuum includere,quod ipſum officium etiã retinent,dum ante literas gutturales vel ר ⌐ punctãtur, ſiue ipſa gutturalis habeat —: vel ·.·:,vt בָּהוֹר כָּאֲרָזִים,idem quod כְּהָאֲרָזִים,Prou.6.בָּרְחוֹבֹת, idẽ quod בְּהָרְחוֹבֹת.

Paranomaſia Hebræis decantata.

Cant.5.

נִשְׁלַם סֵפֶר רִאשׁוֹן מִן דִּקְדוּקִי
בָּרוּךְ הַנּוֹתֵן לִי לֶחֶם חֻקִּי׃

LIBER

LIBER SECVNDVS.

De verbis imperfectis et qviescentibvs.

EXplicata perfectorum Verborum & Nominum natura, ſupereſt vt de Imperfectis agendum eſſe videatur. Quorum alia defectiua, alia quieſcentia ſunt, quæ ita interſtinguuntur: In defectiuis defectus (vbi commodè fieri poteſt) puncto dageſch ſuppletur, in quieſcentibus longa vocalis loco literæ abſentis collocatur. Atque vt in vniuerſum ordinem, quem in his docendis tenebimus, cognoſcas, ſic habe. Primò proponemus paradigma Verborum defectiuorum Pe Nun, vt נגש, cui in calce adiiciemus Verbum נתן. Secundò paradigma defectiuorum Pe Iod, quorũ Aiin Paal eſt צ, vt יצב. Cui adiiciemus in calce יקף ינח לקח לתע, quæ & ipſa ſunt defectiua, & tractationem verborum quorum Lamed Paal eſt ת, vt ברת. Tertiò verba duplicia Aiin, vt סבב. Quartò quieſcentia Pe Aleph. Quintò quieſcentia Pe Iod. Sextò quieſcentia Aiin Vaf. Septimò quieſcentia Lamed Aleph. Octauò quieſcentia Lamed He. Nonò compoſita ex defectiuis & quieſcentibus. Decimò compoſita ex duobus generibus quieſcentium, id eſt, quæ habent literam quieſcentem in capite & in calce. Vndecimò de verbis quatuor literarum. Duodecimò de verbis quin-

que literarum,ita vt exurgant adnumeratis verbis perfectis tredecim genera Verborum.

Mirum ſanè videtur Hebraicam linguam frequenter & in verbis,& in Nominibus abiicere נ, Chaldaicam verò & Arabicam linguam (quæ tamen cum Hebraica maximam affinitatem habent) contrarium facere : frequenter enim non ſolùm נ radicale retinent, verùm etiá aliunde euphoniæ gratia,aſciſcunt. Hebræi enim dicunt אַתְּ,Chaldæi אַנְתְּ, Hebręi חֵרַע,Chaldęi תְּנְרַע,& plurima huiuſmodi,vt Dan.2. & multis aliis in locis videbis. Hebræi vmbilicum vocant כִּבּוּר,Chaldæi טַנְבּוּר,& Hebręi מַדָּע,Chaldęi מַנְדַּע,Vide Eccl. 10.Et plurima huiuſmodi. De Arabica idem ſit iudicium.

Defect. pe nvn.

Omnia verba quorum Pe Paal eſt נ, ſunt defectiua . Nam inter coniugãdum aliquoties Pe Paal amittunt,& ſi commodè fieri poteſt, dageſch forte loco eius recipiunt. Coniugantur verò hoc modo : in Kal perfecta manent in præterito & participiis,in infinitiuo נ amittunt, & fini litera ת additur, in imperatiuo נ amittunt, nihilq́ue loco eius ſurrogatur , in futuro dageſch loco נ habent. In præterito & benoni Niphal quoque Dageſch loco נ radicalis ponitur, in Infinitiuo , Imperat. & Futuro normã perfectorũ ſequuntur. In Hiphil & Hophal vbiq; Dageſch loco נ ponitur. In Piel & Pual & Hithpael nihil à perfectis differunt.

Hebraicè vocantur חֲסֵרִי נוּן, *id eſt, defectiua Nun.*

KAL PRAETERIT.

נָגְשׁוּ	נָגַשְׁתִּי	נָגַשְׁתְּ	נָגַשׁ
נָגַשְׁתְּ	נָגְשָׁה	נָגַשְׁנוּ	נְגַשְׁתֶּם
נוֹגְשִׁים	נוֹגֵשׁ	Benoni.	נְגַשְׁתֶּן
נוֹגְשׁוֹת	גוֹגְשָׁה	vel	גוֹגֶשֶׁת

Quam-

Paul. נָגוּשׁ	נְגוּשִׁים
נְגוּשָׁה	נְגוּשׁוֹת
Infinit.	גֶּשֶׁת
בְּגֶשֶׁת	כְּגֶשֶׁת
לָגֶשֶׁת	מִגֶּשֶׁת

Quamuis Verbum נגש propterea quòd ſit neutrum, nō habet Paul, tamen analogiæ cauſa poſuimus, vt habeas formam, iuxta quam Tranſitiua coniugari poſſent.

Infinitiuus abiicit Pe paal, & recipit ת in fine, q̃d idē in quibuſdā quieſcētib⁹ fieri videmus.

לָגֶשֶׁת Lamed præfixum dictioni Milel habet Camets, tamen ſi contigerit infinitiuum venire in conſtructionem (habet enim Infinitiuus ſæpiùs naturam Nominis) Lamed & in Verbis defectiuis & quieſcentibus habet Scheua, vt לְשֶׁבֶת אַבְרָם. *Gen. 16.* Sciendum quoque eſt, quòd quemadmodum in nominibus ·.· ·.· ob gutturales literas mutantur in — —, ſic quoque in infinitiuo verborum defectiuorum & quieſcentium, vt עֵת לָטַעַת, *Eccleſ. 3.* cuius quoque meminimus lib. 1. pagina 23.

Imperat.

גַּשׁ	vel	גֶּשׁ*	גְּשׁוּ
גְּשִׁי			גֵּשְׁנָה

**Tſere propter maccaph mutatur in ſægol, vt Gen. 19. גֶּשׁ־הָלְאָה*

Vides in imperatiuo loco literę eliſę nihil poni. Cùm enim nulla litera ſeruilis (vt in futuro fit) præponitur, dageſch non poteſt eſſe forte: dageſch enim in initio dictionis vel poſt Scheua quieſcens lene eſt.

Quādo hoc verbū in futuro — habet, tunc ſignificat appropinquare. Quādo verò cholē, tūc ſignificat exactorē agere. Cuius rei exēpla inuenies Exo. 24. & Deut. 15.

Futurum.

אֶגַּשׁ	יִגַּשׁ
תִּגַּשׁ	נִגַּשׁ
יִגְּשׁוּ	תִּגְּשׁוּ
תִּגַּשׁ	תִּגְּשִׁי
תִּגַּשְׁנָה	

In omnibus perſonis futuri Kal, Aiin Paal recipit Dageſch, quod loco Pe Paal ponitur. Quod ſi Aiin Paal non ſit capax Dageſch, literæ איתן habent ſub ſe Tſere, vt וַתֵּהוֹם כָּל הָעִיר, Ruth capite 1. Vel veniunt more perfectorum, præſertim ea quorum Aiin paal eſt אהע, vt וַיִּנְאַץ, Threnor. 2.

ינהג Gene. 31 ינעם Prouerb.2. quod non ſolùm in Kal, ſed etiam in Hiphil propter quamlibet gutturalem literam vſu venire videmus, vt הנחת יי *Ioel.4.* גבוריך. Sunt tamen quædam, quorum cùm Aiin paal non ſit gutturalis, tamen in Infinitiuo, Imperatiuo & Futuro, perfectè veniunt, vt בנקור 1.Regum 11. נצור Pſalm.34. כהנדוף עשן תנדוף Pſal. 68.

Futurum Kal hîc quoque, vt in Verbis perfectis, nunc ſub Aiin Paal habet Patach, nunc Cholem, & idem Verbum aliquando variat, vt ימול Geneſ. 17. ימל Iob. 18. Sunt etiam pauca, quorum Aiin Paal non eſt gutturalis vel ר, & tamen longam vocalem loco breuis & Dageſch habent, vt נזר, in Hiphil יזר. Cuius generis putát quoq; eſſe ונבל, quod *Gen.25.* regulariter deberet eſſe ויבל. Quidá tamen putant eſſe Fu- *Eſaiæ 64.* turum Niphal & regulariter debere eſſe וננבל. Sic quoque *Gen.6.* in לא ידון רוחי, putant quidem thema eſſe נדן, & Camets ſub Iod poſitùm eſſe loco Chiric & Dageſch, & huiuſmodi cõmutationem punctorũ Grammatici vocát נח במקום דגש.

NIPHAL PRAETERIT.

Deſideratur in huius Coniugationis præterito & participio נ Pe Paal: nam quod apparet נ Niphal, & nõ thematis eſt, cuius loco Dageſch ſubſtitutum eſt. Infinitiuus verò, imperatiuus & futurum per omnia perfecta ſunt, nec eſt quòd tibi ſcrupulum iniiciat dageſch, quod in נ vides: illud enim eſt ſolùm index deficientis נ literæ, characteriſticæ paſſiuæ vocis,

נגשתי	נגשת	נגש
נגשנו	נגשתם	נגשו
נגשתן	נגשת	נגשה
נגשה	נגשים	נגש Ben.
הנגש	Infinit.	נגשות
להנגש	כהנגש	בהנגש
הנגש	Imper.	מהנגש
הנגשנה	הנגשי	הנגשו
	Futurum.	
תנגש	ינגש	אנגש
תנגשו	ינגשו	ננגש
תנגשנה	תנגשי	תנגש

Quædã ſũt quæ in Niphal veniũt ad morẽ eorũ verborũ, quorũ Aiin paal in kal habet cholẽ נגוף נגף *Iudicũ 20.* נמולו אתו *Gen.17.*

vocis, quod in verbis perfectis eodem modo contingit, qua de re regulam hanc habe : Dageſch ſemper defectum ante ſe & non poſt ſe (paucis exceptis) indicat.

De piel pval et hithpael.

Omnia verba defectiua, in Piel Pual & Hithpael ſunt perfecta, neque vlla in re à forma verborum perfectorum differunt. Cuius rei hæc eſt ratio : Harum trium coniugationum Aiin Paal ſemper ex ſua natura requirit dageſch: quòd ſi verò abiiceretur Pe Paal, non reſtaret locus alteri dageſch, quo defectus literæ poſsit ſignificari : cùm præſertim neutiquam fieri poſsit, vt vnũ dageſch fungatur officio duorum, aut vt duo dageſch in vna litera ſe mutuò ferant. Non ergo operæpretium arbitrati ſumus, paradigma harum trium coniugationum ponere. Quemadmodum enim dicimus שִׁבַּר שִׁבַּרְתָּ שִׁבַּרְתִּי, ſic quoque נִגַּשׁ נִגַּשְׁתָּ נִגַּשְׁתִּי, & ſic deinceps per totam hanc coniugationem & Pual & Hithpael. Huius ſolùm oportet nos lectorem admonere inter Præteritum Niphal Verborum defectiuorum Pe Nun & præteritum Piel, quantum ad literas & puncta ſpectat, planè nullam eſſe differentiam, ſed eam è ſenſu colligi
Iob.[illegible] oportere, vt לֹא נִכַּר שׁוֹעַ לִפְנֵי דָל, non dignoſci-
2.Reg.24. tur diues à paupere, נִכַּר אֱלֹהִים אוֹתוֹ cognouit Deus illum, quorum hoc eſſe Piel, alterum Niphal, ſatis perſpicitur.

HIPHIL. PRAETERIT.

הִגִּישׁ הִגַּשְׁתָּ הִגַּשְׁתִּי הִגִּישׁוּ
הִגַּשְׁתֶּם הִגַּשְׁנוּ הִגִּישָׁה הִגַּשְׁתְּ
הִגַּשְׁתֶּן Benoni. מַגִּישׁ מַגִּישִׁים
מַגִּישָׁה vel מַגֶּשֶׁת מַגִּישׁוֹת
Paul. מֻגָּשׁ מֻגָּשִׁים
מֻגֶּשֶׁת vel מֻגָּשָׁה מֻגָּשׁוֹת

Infinitiuus.

הַגִּישׁ בְּהַגִּישׁ כְּהַגִּישׁ לְהַגִּישׁ
מֵהַגִּישׁ Imperat. הַגֵּשׁ הַגִּישׁוּ
הַגִּישִׁי הַגֵּשְׁנָה Futur. אַגִּישׁ
יַגִּישׁ תַּגִּישׁ נַגִּישׁ יַגִּישׁוּ
תַּגִּישׁוּ תַּגִּישׁ תַּגִּישִׁי תַּגֵּשְׁנָה

Hæc coniugatio vbiq; eſt defectiua ſimul cũ ſua paſſiua, poniturq; loco pe paal vbique dageſch.

In quibuſdam locis reperitur in Infinitiuo ה litera characteriſtica deeſſe, & נ Pe paal more Verborum perfectorum poſitum eſſe, vt וְלַנְפִּיל יָרֵךְ pro וּלְהַנְפִּיל, Num.5.

HOPHAL. PRAETERIT.

הֻגַּשׁ הֻגַּשְׁתָּ הֻגַּשְׁתִּי הֻגְּשׁוּ
הֻגַּשְׁתֶּם הֻגַּשְׁנוּ הֻגְּשָׁה הֻגַּשְׁתְּ
הֻגַּשְׁתֶּן Benoni. הֻגָּשׁ הֻגָּשִׁים
הֻגָּשָׁה הֻגָּשׁוֹת Infinit. הֻגַּשׁ
vel הֻגֵּשׁ vt הֻגֵּד הֻגַּד לִי, Ruth.2.
Futurum. אֻגַּשׁ יֻגַּשׁ תֻּגַּשׁ
נֻגַּשׁ יֻגְּשׁוּ תֻּגְּשׁוּ תֻּגַּשׁ
תֻּגְּשִׁי תֻּגַּשְׁנָה

Vnicum eſt Verbum, cuius & Pe Paal & Lamed Paal eſt Nun, quod aliquando Pe Paal, aliquando Lamed Paal, aliquando vtrũque amittit. Ponemus ergo huius inflectendi rationem.

Quãdo in præterito accedit ת perſonæ, Nun reiicitur, eiuſq; loco ת

KAL.

KAL. PRAETERITVM.

imprimitur dageſch, quod aliquãdo eodẽ modo accidit כ perſonæ aſcito. Gen.29.

נָתַן נָתַתָּ נָתַתִּי נָתַנּוּ נְתַתֶּם

נָתְנוּ vel נָתַנְנוּ נָתְנָה נָתַתְּ נְתַתֶּן׃

Benoni. נוֹתֵן נוֹתְנִים נוֹתְנָה נוֹתְנוֹת׃

Paul. נָתוּן נְתוּנִים נְתוּנָה נְתוּנוֹת׃

Infinit. תֵּת בְּתֵת כְּתֵת לָתֵת &c.

Infinitiuus caput & calcem amittit, adiiciturque in fine (vt ſolet in imperfectis) ת. Et quando recipit Affixa, Tſere in Chiric mutatur, vt Geneſ. 29. טוֹב תִּתִּי אוֹתָהּ לָךְ מִתִּתִּי אוֹתָהּ לְאִישׁ אַחֵר, id eſt, præſtat vt dem ipſam tibi quàm vt dem illam viro alii. Reperitur quoque in infinitiuo habere ן paragog. vt לָתֵתָן שָׁם אֶת אֲרוֹן בְּרִית יְיָ 3. Regum 6. Aliquando quoque in Infinitiuo vtrunque נ retinet, vt וְנָתוֹן אֶת אֱלֹהֵיהֶם בָּאֵשׁ Eſaiæ 37.

Infinitiuus & Imperatiuus frequenter propter Maccaph mutat Tſere in Sęgol, vt לָתֶת־לָהּ Eſter 2. תֶּן־לִי הַנֶּפֶשׁ, Geneſ. 14.

Imperat. תֵּן תְּנוּ תְּנִי תֵּנָּה

Futurum. אֶתֵּן יִתֵּן תִּתֵּן נִתֵּן

יִתְּנוּ תִּתְּנוּ תִּתֵּן תִּתְּנִי תִּתֵּנָּה׃

Reperitur quoque in Præterito carere vtroque Nun. 2.Reg.22. in vocabulo תַּתָּה. In Infinit. Imperat. Futuro propter Maccaph Tſere frequenter mutatur in Sægol.

NIPHAL.

נִתַּן נִתַּתָּ נִתַּתִּי נִתְּנוּ נִתַּתֶּם נִתַּנּוּ vel נִתְּנוּ

נִתְּנָה נִתַּתְּ נִתַּתֶּן Ben. נִתָּן נִתָּנִים נִתָּנוֹת

Infinitiuus. הִנָּתֵן בְּהִנָּתֵן כְּהִנָּתֵן לְהִנָּתֵן מֵהִנָּתֵן

Imperat. הִנָּתֵן הִנָּתְנוּ הִנָּתְנִי הִנָּתֵנָּה

Futurum. אֶנָּתֵן יִנָּתֵן &c.

Atque

Atque in Kal & Niphal hoc modo ſeſe habet נתן in reliquis coniugationibus non reperitur,niſi Leuit.11. habetur יתן , quod eſt futurum Hophal.

Ponemus nũc Paradigma Verborũ,quorum Pe Paal eſt Iod,& Aiin Paal eſt צ,quæ omnia defectiua ſunt,& ad inſtar נגש omnino coniugãtur.Excepto יצל,quod inter quieſcẽtia, non autẽ defectiua numeratur.

KAL.

Infinit.	Paul.	Benoni.	Præterit.
צבת	יצוב	יוצב	יצב
Præterit.		Futurum.	Imperat.
נצב	Niphal.	אצב	צב
Futur.	Imperat.	Infinit.	Benoni.
איצב	היצב	היצב	נצב
Paul.	Benoni.	Præterit.	
מצב	מציב	הציב	Hiphil.
	Futurum.	Imperat.	Infinit.
Hophal.	אצב	הצב	הצב
Futur.	Infinit.	Benoni	Præterit.
איצב	הצב	הצב	הצב

Hebræi vocant חסרי יוד, id eſt, defectiua Iod.

Sunt quoque duo verba, quorum Pe Paal eſt Iod, Aiin autẽ Paal non eſt צ, & tamen more Verborum defectiuorum Pe Iod veniunt. יקף & ינח vtrunque inuenies Pſalm.17.in coniugatione Hiphil,in qua tãtùm vſitata ſunt,quamuis poſterius quoque in Hophal reperitur.

Duo item ſunt, quorum Pe Paal eſt ל, & inter defectiua numerantur: vnum eſt לקח, alterum לתע. hoc poſterius non puto alibi reperiri,niſi Iob

capite

Abẽ Ezra Iob.4.tamẽ putat thema eſſe תעין *facilè verò eius rationes, ſi vtilitatẽ aliquã adferret, refutare poſſim.*

capite 4. vbi habes שִׁנֵּי כְפִירִים נִתָּעוּ, dentes leunculorum euulſi ſunt. in quo loco eſt Niphal, & Dageſch loco ל poſitum eſt. Alterum verò nuſquam non obuium eſt, & inter coniugãdum à נָגַשׁ nihil differt, niſi quòd ob frequentem eius vſum Dageſch, quod loco Pe Paal ponendum erat, aliquando euphoniæ cauſa ſupprimatur in literis ſcheuatis ſcilicet, vt ſolet etiam in aliis quibuſdam vocabulis contingere, vt וְיִקְחוּ לִי Exodi 25. תִּקְחִי מוּסָר Zachar. 3. Et quemadmodum omnia Verba defectiua aliquãdo more perfectorum occurrunt, ſic quoque hoc. Paradigma horum duorum Verborum vt ponamus, opus nõ eſt, cùm inter coniugandum à נָגַשׁ nihil differant, niſi quòd לָקַח in infinitiuo Kal propter ח gutturalem literam, habet duo — loco duorum ·.·, ſcilicet קַחַת. Reperitur tamen in vno loco קְחַת 4. Regum 12. hocque vt eo celeriùs ſequenti vocabulo כֶּסֶף adnecti poſsit.

Hîc quoque locus eſt, vt dicamus de Verbis quorum Lamed Paal eſt ת. quemadmodum enim Verbum נָתַן accedente ת perſonæ, amittit Nun Lamed Paal: ſic iſta, ne duo ת concurrant, ת radicale, in eius locum ת perſonæ recipiente Dageſch. Non enim rectè dicitur כָּרַתְתִּי כָּרַתְתְּ כָּרַתְתָּ, ſed כָּרַתָּ כָּרַתְּ כָּרַתִּי, & ſic vbique in omnibus locis omnium coniugationum. Sic quoque videmus שׁוּת habere שַׁתִּי pro שַׁתְתִּי, vide Exodi 23. & Pſal.73.

Verba dvplicia aiin.

Quum defectus horum Verborũ per Dageſch ſuppletur, æquum eſt vt inter defectiua numerentur. In primis verò ſciendum eſt huiuſmodi verba vt סָבַב בָּזַז זָמַם גָּזַז, & ſimilia, aliquãdo perfectorũ more occurrere, vt יָשַׁבְתִּי זָמַמְתִּי Ierem.49. בָּזַזְנוּ לָנוּ Deut.2. וְסָבַב בֵּיתְאֵל 1. Reg.7. & alia huiuſmodi.

Appellantur כְּפֻלֵי עַיִן .i. verba duplicia Aiin, quòd ſecundã thematis literam, quæ y paal dicitur, duplicatã habeant, hoc eſt, tertiam literam ſecundæ ſimilem.

Ferè ſemper tamen cacophoniæ euitandæ gratia, quam litera iterata facere exiſtimatur, inter cõiugandum abiicitur Aiin Paal, inque locum eius Lamed Paal dageſch recipit, quod tamen non collocatur niſi litera vel ſyllaba aliqua addita: Dageſch enim in vltima litera dictionis nihil ſignificat, vt enim vel maximè in præteritò ſcribatur vel dicatur סַב, & in Benoni סָב, in Imperatiuo סוֹב, ſic in aliis, quia tamen literam ſequentem non habet, officium ſuum præſtare non poteſt, quod eſt geminare literam, eiuſque duriorem elationem reddere. Coniugantur verò hoc modo, dum defectiua ſunt.

Excipiuntur ea, quæ ſub vltima litera habent Camets, vt נָתַתָּ pag.79. Camets enim quia eſt longa vocalis, in poteſtate habet literam quieſcentem, quæ quamuis non expreſsè adeſt, tamen cùm ſubintelligitur, reputatur Dageſch, ac ſi eſſet in medio dictionis.

Kal. Praeteritvm.

סַבּוּ	סַבּוֹתִי	סַבּוֹתָ	A סַב	
סַבּוֹת	* סַבָּה	סַבּוֹנוּ	סַבּוֹתֶם	*Milel.*
סַבִּים	סָב	Benoni.	סַבּוֹתֶן	
		סַבּוֹת :	* סַבָּה	*Milra.*

Maxima

A Maxima pars in Præterito habet Patach ſub Pe paal, vnū eſt quod habet Camets, וּמָךְ אָחִיךָ, Leuit. 26. cuius thema eſt מָכַךְ. Pauca ſunt quorum Pe paal habet Cholem, vt רוֹמּוּ à רָמַם Iob. 24. וָרֹבּוּ à רָבַב Gen. 49.

Benoni habet Camets, vt differat à præterito, & plerunque ſunt Nomina adiectiua. Aliquando etiam habet Cholem, vt תּוֹם, quod propter Maccaph in Camets chateph mutatur, vt תָּם־דָּרֶךְ Prouerb. 13.

PAVL.

Paul perfectè coniugatur.

סְבוּבוֹת	סְבוּבָה.	סְבוּבִים	סָבוּב
כְּסֹב	בְּסֹב	סֹב	Infinit.
סֹב	Imperat.	מִסֹּב	לָסֹב
	סְבֶינָה.	סֹבִּי	סֹבּוּ

Nec quenquam moueat, quòd in ordine horū Verborum aliquādo poſt longam vocalem ſequatur dageſch. fit enim quia longa vocalis habet ſub ſe accentum, & dictio eſt milel.

Infinit. Aliquando loco ֹ ponitur וּ, vt וְלָבוּר אֶת כָּל־זֶה Eccle. 8. Aliquando ֵ, vt לָרֵד Eſaiæ 45. Aliquando ת in fine, vt שַׁמּוֹת, Ezech. 36. Imperatiuus aliquādo habet Camets chateph, vt רָנּוּ שָׁמַיִם Eſaiæ 44.

Vide de hoc camets chateph pag. 18.

תָּסֹב	יָסֹב	אָסֹב	Futurum.
תָּסֹבּוּ	יָסֹבּוּ	נָסֹב	
תְּסֻבֶּינָה	תָּסֹבִּי	תָּסֹב	

Pſal. 91. Futurum Kal aliquando habet וּ, vt יָשׁוּד צָהֳרָיִם. Rariùs Kybuts, quando accedit ו conuerſiuum, vt *Exod. 16.* וַיָּרֻם תּוֹלָעִים. Quando accedit ו copulatiuum vel

conuerſiuum , & verbum fit Milel , Cholem in Camets chateph mutatur,vt וַיָּחָם בְּשַׂר הַיָּלֶד 4. Regum 4. Excipiuntur illa quæ in pauſa veniunt: illa enim, licèt accedat ו, tamen Cholem ſuum non ſemper in Camets chateph mutant. Mirabili forma iſta verba aliquoties in Futuro reperiuntur, Pe paal habet Dageſch loco Aiin Paal, vt אֶקּוֹב Num. 20. item Deuter. 9. וָאֶכּוֹת אוֹתוֹ.

NIPHAL.

Nun Niphal duobus modis occurrit . Plerunque notatum eſt Camets, vt נָקֵל נָחַר , & alia multa. Aliquando Chiric,vt נִחַר גְּרוֹנִי,cuiuſmodi pauciora ſunt. Quantum ad Pe Paal ſpectat , ſcias ad inſtar verborum perfectorũ Kal Aiin Paal tribus modis reperiri . Maxima eorum pars Patach ſub Pe Paal habet : quædam Tſere , vt נָמֵס בְּתוֹךְ מֵעָי quædam Cholem,vt נָגוֹזוּ וְעָבַר. *Pſal.69.* *Pſal.22.* *Nahũ.1.*

SEQVITVR PARADIGMA FORMAE VVLGARIS.

Præteritum.

נָסַבּוּ	נְסַבּוֹתִי	נְסַבּוֹתָ	נָסָב
נְסַבּוֹרת	נָסָבָה	נְסַבּוֹנוּ	נְסַבּוֹתֶם
נְסַבִּים	נָסֵב	Benoni	נְסַבּוֹתֶן
הִסּוֹב	Infinit.	נְסַבּוֹת	A נְסַבָּה
מֵהִסּוֹב	לְהִסּוֹב	כְּהִסּוֹב	בְּהִסּוֹב

Vel cum Tſere,vt כְּהִמֵּס דּוֹנַג Pſalm.68.

Imperatiuus.

הִסַּבְנָה	הִסַּבִּי	הִסַּבּוּ	הִסּוֹב

Futu-

Futurum.

Vel cũ chole,vt Ezec. 47. יִתּוֹם *:* פִּרְיוֹ :

Si contigerit Pe	תִּסֹּב	יִסֹּב	אֶסֹּב B
Paal non eſſe ca	תִּסֹּבוּ	יִסֹּבוּ	נִסֹּב
pax dageſch, li-	תִּסֹּבְנָה	תִּסֹּבִי	תִּסֹּב

teræ איתן habent ·· , vt וְאַל תֵּחַת. Deute.1. Quamuis hoc etiam aliquando fit, cùm Pe Paal maximè eſt capax Dageſch,vt וּבֹזַי יֵקָלּוּ 1. Reg. 2.

A Reperitur etiam Pe paal cum Chiric,vt נְסִבָּה מֵעִם הָאֱלֹהִים, 2. Paralip. 10.

B Aliquando Dageſch , quod ſolet poni loco Aiin Paal euphoniæ cauſa,ne duo Dageſch fortia concurrant,abiicitur,vt יִדְּמוּ Exod.15. Reperitur quoque א loco Aiin Paal , vt וַיִּמָּאֵס pro וַיִּמַּס Iob 7. & Pſal. 58. quod etiam in Kal vſu venit vt Eſaiæ 18. בָּזְאוּ , pro בָּזְזוּ .

HIPHIL. PRAETERIT.

הֵסֵבּוּ	הֲסִבּוֹתִי	הֲסִבּוֹתָ	הֵסֵב
הֲסִבּוֹת	הֵסֵבָּה	הֲסִבּוֹנוּ	הֲסִבּוֹתֶם
מְסִבִּים	מֵסֵב	Benoni.	הֲסִבּוֹתֶן
מוּסָב	Paul.	מְסִבּוֹת	מְסִבָּה
Infinit.	מוּסַבּוֹת	מוּסַבָּה	מוּסַבִּים
לְהָסֵב	כְּהָסֵב	בְּהָסֵב	הָסֵב
הָסֵבּוּ	הָסֵב	Imperat.	מֵהָסֵב
אָסֵב	Futurum.	הֲסִבֶּינָה	הָסֵבִּי
יָסֵבּוּ	נָסֵב	תָּסֵב	יָסֵב
תְּסִבֶּינָה	תָּסֵבִּי	תָּסֵב	תָּסֵבּוּ

Obſeruatu dignum eſt, quòd ו conuerſiuum, vel etiam copulatiuum quandò adiicitur futuro, quæ antea fuerũt Milra, tunc fiant Milel, & Tſere

Gen.29. mutari in ∵ ,vt וַיָּגֶל אֶת הָאֶבֶן,& alia permulta,vnde etiã vix diſcerni poſſunt à quieſcentibus Aiin vaſ.

Si contigerit Pe Paal eſſe gutturalem, ח Hiphil in præterito, habet ſub ſe Patach, vt הַחִלּוֹתִי תֵּת לְפָנֶיךָ Deut. 2. Aliquando literæ איתן in Hiphil habent Patach, ſequente Dageſch, vt וַיַּסֵּב אֱלֹהִים Exod. 13. Aliquando habent Tſere, vt כִּי תֵחֵל לִזְנוֹת Leuit. 21. Aliquando Pe Paal habet Chiric, vt יַשִּׁים 1. Regum 5.

HOPHAL. PRAETERITVM.

הוּסַב הוּסַבּוֹת הוּסַבּוֹתִי הוּסַבּוּ הוּסַבּוֹתֶם

הוּסַבּוֹנוּ הוּסַבָּה הוּסַבּוֹת הוּסַבּוֹתֶן :

Futurum. אוּסַב יוּסַב תּוּסַב נוּסַב

יוּסַבּוּ תּוּסַבּוּ תּוּסַב תּוּסַבִּי תּוּסַבְנָה :

Piel Pual & Hithpael ob cauſam ſuperiùs pag. 77. dictam perfecta veniunt, vt in Piel סבב, in Pual סֻבַּב, in Hithpael, הִסְתַּבֵּב &c. Hoc ſolùm admonere operæprecium duximus, aliquando verba duplicia Aiin in hiſce tribus coniugationibus recipere longam vocalem, ſcilicet ו loco breuis & dageſch, vt מְתְרוֹשֵׁשׁ יְרוֹצְצוּ : pro מִתְרֹשֵׁשׁ יְרֹצְצוּ, & alia quædam. Quæ quia tunc nullis regulis à lectore diſcerni poſſunt à verbis quieſcentibus Aiin Vaf, lexicon adhibere oportet, vt ſi non in vno, ſaltem in altero occurrat. Hoc verò ad vitandam cacophoniam fieri, quis dubitet? Nam ſi diceretur יְרַצְּצוּ מִתְרַשֵּׁשׁ ob dageſch quod Aiin Paal duplicat, viderentur tria צ vel tria ש concurrere. *Indic. 10. Prouer. 13.*

VERBA QVIESCENTIA PE ALEPH.

Quanquam hæc Verba per omnes ferè Coniugationes à Perfectis parum differant, paradigmata tamen *Vocantur Hebraicè* נָחֵי פֵּא אָלֶף

tamen ſubiiciemus in Kal,Niphal,Hiphil & Hophal, vt eius diligentiùs formam eorum ſtudioſi conſiderent.

KAL. PRAETERITVM.

אָכְלוּ	אָכַלְתִּי	אָכַלְתְּ	אָכַל
אָכַלְתְּ	אָכְלָה	אָכַלְנוּ	אֲכַלְתֶּם
אוֹכְלִים	אוֹכֵל	Benoni	אֲכַלְתֶּן
אוֹכְלוֹת	אוֹכְלָה	vel	אוֹכֶלֶת
אֲכוּלָה	אֲכוּלִים	אָכוּל	Paul
בֶּאֱכוֹל	אָכוֹל	Infinit.	אֲכוּלוֹת
	מֵאֱכוֹל	לֶאֱכוֹל	כֶּאֱכוֹל

Vide lib.1. pag.23. linea.25.

In Infinitiuo א interdum poſt ל quieſcit in .., vt לֵאמוֹר ad dicendum, pro לֶאֱמוֹר,idq́ue fit breuitatis gratia, nam hoc pacto duæ ſyllabæ propter vocabuli frequentem vſum,in vnam confluunt.

אֱכוֹלְנָה	אִכְלִי	אִכְלוּ	אֱכוֹל .	Imper.
נֹאכַל	תֹּאכַל	יֹאכַל	אֹכַל	Futu.
תֹּאכְלִי	תֹּאכַל	תֹּאכְלוּ	יֹאכְלוּ	
			תֹּאכַלְנָה ;	

In prima perſona futuri א radicale quieſcit in Cholem, namque illud quod adeſt, eſt ex literis איתן. In cæteris verò perſonis א radicale ſemper ſcribitur,tametſi non exprimatur. Quanquam inueniũtur etiam verba huius ordinis in quibus Pe
Prouer. 22. Paal in futuro mobile ſit,vt פֶּן תֶּאֱלַף אֹרְחֹתָיו׃

Verbum אָמַר in Futuro ab אָכַל,nihil differt,niſi quòd in pauſa Patach in Tſere mutat,vt בָּעִיר אֲמָרֶיהָ תֹאמֵר. Et quan-
Prouer.1. do fit Milel,habet Segol, vt וַיֹּאמֶר וַתֹּאמֶר. quamuis etiam in pauſa Patach aliquando retinet, vt וַיַּעַן אִיּוֹב וַיֹּאמַר. Reperitur etiam

tur etiam in Futuro Kal cum defectu א. 2.Reg.19. וַלְעַמָּשָׂא תֹּאמְרוּ. Quod idem fit in אָכַל, niſi quòd ibi ו loco א ponitur, Ezech. 42. יוֹכְלוּ אַתִּיקִים. Verbum אָהַב in Futuro Kal ſub א litera איתן habet ·· , vt אֲנִי אֹהֲבַי אֵהָב : aliquando Cholē, vt וָאֹהַב אֶת יַעֲקוֹב. reliquæ verò literæ איתן habent Sægol, vt יֶאֱהַב תֶּאֱהַב, &c. אָזַל & אָחַר in Futuro Kal ſub literis איתן habent Tſere. Vide Ierem. 2. & Gen. 32. *Prouer. 8.* *Mal. 1.*

NIPHAL. PRAETERIT.

Nun Niphal	נֶאֱכַלְתִּי	נֶאֱכַלְתָּ	נֶאֱכַל
habet ·.· & li	נֶאֱכַלְנוּ	נֶאֱכַלְתֶּם	נֶאֶכְלוּ
tera guttura-	נֶאֱכַלְתֶּן	נֶאֱכַלְתְּ	נֶאֶכְלָה

lis ·.·: , niſi quando ſtatim ſequitur Scheua ſub Aiin Paal : tum enim litera gutturalis habet ·.· , vel habet : quieſcens, vt נֶחְפְּשׂוּ עֵשָׂו Abdiæ primo. vt ne ſimul duo Scheua legantur in medio dictionis. Quam quoque punctandi rationem ה Hiphil huius ordinis retinet.

Benoni.

נֶאֱכָלוֹת	נֶאֱכָלָה	נֶאֱכָלִים	נֶאֱכָל
Quia א non	בְּהֵאָכֵל	הֵאָכֵל	Infinit.
eſt capax da-	מֵהֵאָכֵל	לְהֵאָכֵל	כְּהֵאָכֵל
geſch, quod	הֵאָכְלוּ	הֵאָכֵל	Imperat.
alioqui ſuſci-	Futur.	הֵאָכַלְנָה	הֵאָכְלִי
peret loco de	תֵּאָכֵל	יֵאָכֵל	אֵאָכֵל
fectus נ Ni-	תֵּאָכְלוּ	יֵאָכְלוּ	נֵאָכֵל
phal, ideo ה	תֵּאָכַלְנָה	תֵּאָכְלִי	תֵּאָכֵל

in Infinitiuo & Imperatiuo, atque etiam literæ איתן habent Tſere. Cuius quoque meminimus libro 1. pag. 29.

Piel Pual & Hithpael à perfectis prorſus nihil diffe-

differunt, niſi quòd rariſsimè א euphoniæ cauſa abiicitur.

HIPHIL. PRAETERIT.

הֶאֱכִיל	הֶאֱכַלְתָּ	הֶאֱכַלְתִּי	הֶאֱכִילוּ
הֶאֱכַלְתֶּם	הֶאֱכַלְנוּ	הֶאֱכִילָה	הֶאֱכַלְתְּ
הֶאֱכַלְתֶּן	Benoni	A מַאֲכִיל	מַאֲכִילִים
מַאֲכִילָה	מַאֲכִילוֹת	Paul	מָאֳכָל
מָאֳכָלִים	מָאֳכָלָה	מָאֳכָלוֹת	Infinit.
הַאֲכִל	בְּהַאֲכִל	כְּהַאֲכִל	לְהַאֲכִל
מֵהַאֲכִל	Imperat.	הַאֲכֵל	הַאֲכִילוּ
הַאֲכִילִי	הַאֲכֵלְנָה	Futu.	אַאֲכִיל
יַאֲכִיל	תַּאֲכִיל	נַאֲכִיל	יַאֲכִילוּ
תַּאֲכִילוּ	תַּאֲכִיל	תַּאֲכִילִי	תַּאֲכֵלְנָה

A Prouerb.cap.17.reperitur מֵזִין pro מַאֲזִין. Sic quoque Iob. 32.אָזִין pro אַאֲזִין à themate אזן. Eodem modo reperitur א in Futuro Piel abiectum eſſe, vt 2. Reg. 22. וַתַּזְרֵנִי pro וַתְּאַזְּרֵנִי, quo pacto reperitur Pſal.30. Idem fit Ezech.28. in vocabulo וָאַבֶּדְךָ, quod regulariter deberet eſſe וָאֲאַבֶּדְךָ, verùm ne duo Aleph concurrant, abiectum eſt א radicale. Item Iob.35. מַלְּפֵנוּ pro מְאַלְּפֵנוּ. אָרַב & אָצַל in Futuro Hiphil ſub literis Ethan aliquando habent Camets, in quo Pe paal quieſcit, vide Deut.11. & 1.Reg.15.

HOPHAL. PRAETERIT.

הָאֳכַל	הָאֳכַלְתָּ	הָאֳכַלְתִּי	הָאָכְלוּ
הָאֳכַלְתֶּם	הָאֳכַלְנוּ	הָאָכְלָה	הָאֳכַלְתְּ
הָאֳכַלְתֶּן	Infinit.	הָאֳכַל	
Futur.	אָאֳכַל	יָאֳכַל	תָּאֳכַל
נָאֳכַל	יָאָכְלוּ	תָּאָכְלוּ	תָּאֳכַל
תָּאָכְלִי	תָּאֳכַלְנָה:		

N QVIES-

QVIESCENTIA PE IOD.

Verba quorum Pe paal eſt Iod, in Præterito & in Participiis coniugationis Kal perfecta ſunt. Cæterùm in Infinit. loco Pe paal fini adiicitur ת. In Imperatiuo nihil loco Pe paal ponitur. In Fut. Iod quieſcit in Tſere longa vocali. Nam hoc (vt ſuperiùs quoque monuimus) intereſt inter verba quieſcentia & defectiua, quòd in defectiuis Pe paal indicatur per dageſch, in quieſcentibus autem Pe paal quieſcit in longa vocali.

Dageſch ſemper indicat defectũ ante ſe paucis exceptis Longa verò vocalis defectum poſt ſe.

KAL. PRAETERITVM.

יָשְׁבוּ	יָשַׁבְתִּי	יָשַׁבְתָּ	A יָשַׁב
יָשַׁבְתְּ	יָשְׁבָה	יָשַׁבְנוּ	יְשַׁבְתֶּם
יוֹשְׁבִים	יוֹשֵׁב	Benoni	יְשַׁבְתֶּן
Paul	יוֹשְׁבוֹת :	יוֹשְׁבָה	vel יוֹשֶׁבֶת
יְשׁוּבוֹת	יְשׁוּבָה	יְשׁוּבִים	יָשׁוּב
&c. כְּשֶׁבֶת	בְּשֶׁבֶת	שֶׁבֶת	Infinit.

Vocantur Hebraicè נָחֵי פֵּא יוֹד.

Attamen nonnullis in locis Infinitiuus perfectè reperitur, vt יָרֹוד יָרַדְנוּ deſcendendo deſcendimus, Geneſis 42.

A Nullum Verbum huius ordinis eſt, quod in Præterito Pe paal amittit, præterquàm Verbum יָרַד Iudic. 19. וְהַיּוֹם רַד מְאֹד pro יָרַד.

Imperatiuus.

שֵׁב †שְׁבוּ שְׁבִי שֵׁבְנָה

† In pauſa Scheua mutatur in Tſere, vt Gen. 23. הָהָרָה לֵכוּ.

Quando Imperat. habet ה Paragogicum Aiin Paal habet Scheua, Lamed Paal ָ, vt שְׁבָה ſede, attamen reperitur יְלַךְ in Imperat. eo modo punctatum ſine ה. Num. 23. Iud.

Iud.14 2.Paral.26. vbi ſemper habet לֵךְ pro לְכָה . יְהַב in Imperat.ſingulari habet הַב cum ה paragogicum הָבָה in plur. הָבוּ, & etiam הֵבוּ. Hoſeæ 4. in Fœminino הָבִי הַבְנָה .

Futurum.

Iod etiam in futuro nonnunquā ſcribitur,	תֵּשֵׁב	יֵשֵׁב	אֵשֵׁב
	תֵּשְׁבוּ	יֵשְׁבוּ	נֵשֵׁב
	תֵּשַׁבְנָה	תֵּשְׁבִי	תֵּשֵׁב

& tunc literæ איתן habent Chiric, vt אִיבַשׁ אִיטַב אִינַק .

Quando in Futuro horum Verborum accedit ו copulatiuum, fiunt Milel, & Aiin paal habent ∴, vt וַיֵּרֶד מֹשֶׁה Exodi 11. quod idem fit in Hiphil, vt וַיֹּשֶׁב 4. Reg. 17. & in Coniugatione Kal propter pauſam ∴ in — mutatur, vt וַיָּקָם וַיֵּלַךְ Exodi 11. quod idem in Hiphil accidit propter gutturalem literam, vt וַיּוֹכַח אֶמֶשׁ Gen. 31.

יָבַשׁ & יָצַת in Futuro habent Tſere ſub literis איתן ſequente Cholem, vt יֵאוֹתוּ לָנוּ Geneſ 34. יֵבֹשׁוּ וְיִבָּהֲלוּ Pſal.6. Cuius tamen thema quidam eſſe בּוֹשׁ putant. Literæ איתן Verbi יָכוֹל fiunt mobiles per Schurec, vt אוּכַל יוּכַל תּוּכַל נוּכַל, &c. cauſam Kimchi in Michlol annotauit. Verbum יָרֵא vt ne confundatur in Futuro cùm רָאָה, vel Iod radicale ſemper retinet, vt אִירָא יִירָא תִּירָא נִירָא יִירְאוּ תִּירְאוּ &c. vel vbi id non expreſſè adeſt, literæ איתן habent ſub ſe accentum Meteg,
3.Reg.8. vt לְמַעַן יִרָאוּךָ. Idem etiam accidit in יָשֵׁן, vt differat à שָׁנָה.
Mich. 1. In vocabulo אֵילְכָה Iod radicale ſcriptū eſt quieſcens in Tſere, eſt enim Fut. Kal cum ה paragog. à verbo יָלַךְ, quod verbum, vt hoc obiter moneamus, duplicis formæ eſt הָלַךְ, ſcilicet à quo Præterit. & Participiū formantur, & יָלַךְ, vnde Imper. Infinit. & Futurum.

NIPHAL. PRAETERIT.

In præterito	נוֹשַׁבְתִּי	נוֹשַׁבְתָּ	נוֹשַׁב
& participio	נוֹשַׁבְנוּ	נוֹשַׁבְתֶּם	נוֹשְׁבוּ
huius coniu-	נוֹשַׁבְתֶּן	נוֹשַׁבְתְּ	נוֹשְׁבָה
gationis Iod	נוֹשָׁבִים	נוֹשָׁב	Benoni.
Pe paal com	Infinit.	נוֹשָׁבוֹת	נוֹשָׁבָה
mutatur in ו	כְּהוּשֵׁב	בְּהוּשֵׁב	הוּשֵׁב
quieſcens,		מֵהוּשֵׁב	לְהוּשֵׁב
quandoqui-	הוּשְׁבוּ	הוּשֵׁב	Imperat.
dem literæ	Futur.	הוּשַׁבְנָה	הוּשְׁבִי
אהוי ſunt per	תּוּשֵׁב	יוּשֵׁב	אוּשֵׁב
mutabiles.	תּוּשְׁבוּ	יוּשְׁבוּ	נוּשֵׁב
Reliqua au-	תּוּשַׁבְנָה	תּוּשְׁבִי	תּוּשֵׁב

Aliquando iod non mutatur in ו, ſed manet immutatũ, vt Exo. 19. יִיָּרֶה

tem tempora habent ו mobile, vt modò poſſit recipere Dageſch nomine deficientis נ Niphal, cùm aliàs litera quieſcens abhorreat à Dageſch. Sunt tamen aliqua, in quibus Iod Pe paal non quidem in ו mutatur, ſed quieſcit in Sere, vt הֵנֵּחָמִים בָּאֵלִים Eſa. 57. Eodem quoque modo in Hiphil aliquando fieri obſeruãdum eſt, vt Ruth 3. הֵיטַבְתְּ חַסְדֵּךְ.

HIPHIL. PRAETERIT.

In Hiphil per omnia tẽpora mutatur iod in vaf quieſcẽs

הוֹשִׁיבוּ	הוֹשַׁבְתִּי	הוֹשַׁבְתָּ	הוֹשִׁיב
הוֹשַׁבְתְּ	הוֹשִׁיבָה	הוֹשַׁבְנוּ	הוֹשַׁבְתֶּם
מוֹשִׁיבִים	מוֹשִׁיב	Benoni	הוֹשַׁבְתֶּן
מוֹשָׁב	Paul	מוֹשִׁיבוֹת	מוֹשִׁיבָה
Infinit.	מוֹשָׁבוֹת	מוֹשָׁבָה	מוֹשָׁבִים
לְהוֹשִׁיב	כְּהוֹשִׁיב	בְּהוֹשִׁיב	הוֹשֵׁב
הוֹשִׁיבוּ	הוֹשֵׁב	Imperat.	מֵהוֹשִׁיב
			הוֹשִׁיבִי

הוֹשִׁיבִי Futurum הוֹשֵׁבְנָה אוֹשִׁיב
יוֹשִׁיב תּוֹשִׁיב נוֹשִׁיב יוֹשִׁיבוּ
תּוֹשִׁיבוּ תּוֹשִׁיב תּוֹשִׁיבִי תּוֹשֵׁבְנָה

Nehemiæ 11. inuenies יְהוֹדֶה pro יוֹדֶה, vide quid Rabbi Salom. eo in loco ſcripſerit. Simile fit Pſalm. 45. in יְהוֹדוּךָ.

HOPHAL. PRAETERIT.

הוּשַׁב הוּשַׁבְתָּ הוּשַׁבְתִּי הוּשְׁבוּ הוּשַׁבְתֶּם
הוּשַׁבְנוּ הוּשְׁבָה הוּשַׁבְתְּ הוּשַׁבְתֶּן׃

Vaf aliquando habet Cholem, vt הוֹדַע אֵלָיו חַטָּאתוֹ, indicatum eſt illi peccatum ſuum. Leuit. 4.

Futurum.

אוּשַׁב יוּשַׁב תּוּשַׁב נוּשַׁב יוּשְׁבוּ
תּוּשְׁבוּ תּוּשַׁב תּוּשְׁבִי תּוּשַׁבְנָה׃

Piel Pual & Hithpael perfecta veniũt, niſi quòd in Hithpael Iod Pe paal aliquando mutetur in ו, vt בְּהִתְוַדַּע יוֹסֵף dum fecit ſe notũ Ioſeph. Gen. 45.

QVIESCENTIA AIIN VAF.

Hebræi hæc verba vocant נָחֵי עַיִן או נָחֵי וָ׃

Verba quorum media litera thematis eſt Vaf, vocantur quieſcentia Aiin Vaf: Aiin paal enim cùm ſit litera quieſcens, vt in Verbis perfectis exprimi non poteſt, vt אור, & conſimilia. Quam tamen formam non omnia Verba retinent: quædã enim abiiciunt ו, & loco eius camets recipiunt, vt בָּן קָם pro בּוּן קוּם. Quædã etiam ו cum tſere commutant, vt מֵת obiit, à themate מוּת. Tenendum verò eſt in Præterito ו ipſum vel ◌ָ, vel Tſere non

manere niſi in tertia perſona vtriuſque numeri & generis, vt in Paradigmate ſubiecto videbis: reliquas auté perſonas ſequi Aiin, & Lamed paal verbi perfecti לָמַד, vt quemadmodum ibi dicitur לָמַדְתָּ לָמַדְתִּי, ſic hîc בַּנְתָּ בַּנְתִּי &c. Ponemus ergo pro paradigmate formam eorum, quæ Camets loco ו habent, quæ hîc vſitatiſſima eſt, iuxta quam reliquæ duæ quoque coniugari poſſunt, nam vbi hîc camets, ibi Cholem vel Tſere manet.

Non omnia Verba, quorum media litera eſt ו, ſunt verba quieſcentia Aiin ו, reperiuntur enim ſed pauca, quæ ו mobile in Kal habent, & à perfectis nihil differunt, vt גָּוַע & עָוַת חָוָה. Sunt quoque quædá, quæ pro Aiin Paal habent ו, & tantùm in vſu ſunt in Piel, moreq́; Verborũ perfectorum veniunt, vt שִׁוַּעְתִּי אֵלֶיךָ, Pſal.30. עִוֵּר Iere.52.& Exod.23. Sic quoque quorum media litera eſt Iod, non ſemper ſunt quieſcentia Aiin Iod, nam Iod aliquando mobile habent, vt וְאָיַבְתִּי אֶת אֹיְבֶיךָ. Hoc quoque ſcias, quorum ע Paal eſt ו, *Exod.33.*
& ל Paal ה per omnes Coniugationes habere ו mobile, vt אָוָה רָוָה חָוָה. Non item quorum ל Paal eſt א, nam quorundam ע Paal eſt ו quieſcens, itemque ל Paal א, vt בּוֹא קוֹא, quæ inter coniugandum in Præterito & Participio abiecto ו camets ſub Pe paal ſemper retinét, vt בָּא בָּאתָ בָּאתִי בָּאוּ בָּאתֶם, &c. In reliquis verò temporibus formam vulgarem ſequuntur.

CONIVGAT. KAL PRAETERIT.

Quidam ex veteribus Grammaticis vocant hæc Verba indifferenter quieſcentia aiin vaf vel aiin iod. Sunt enim quędam, quorum media litera eſt iod, vt טִיל מִיר רִיק, quæ in coniugando cũ verbis

בָּן
בָּנְתָּ
בַּנְתִּי
בָּנוּ
בַּנְתֶּם

verbis quieſcentibus Aiin vaf conſen tiunt,præſertim in Hiphil. Alia ratio, e cuius quoq; meminit Aben Ezra Eccle.12.eſt,q̄ ו & י ſint literæ cōmutabiles : videmus enim quædā,ſed pauca, eſſe quorū aiin paal in Kal eſt ו,in Piel verò י mobile,vt קִיְּמֵנִי,Pſal.119. Præteritū Piel à קוּם. Ergo vbi verbum aliquod tibi occurrerit,quod huius claſſis eſſe videtur , ſi non inter ea quorū media litera eſt vaf,inuenis,quære inter ea quorū media litera eſt י. Ad hæc notabis huius ordinis verba in Kal plerunq; neutra eſſe , paucis exceptis, & interdū quaſi paſſiuè ſignificare, vt Pſalm. 68. יָקוּם אֱלֹהִים יָפוּצוּ אוֹיְבָיו וְיָנוּסוּ מְשַׂנְאָיו מִפָּנָיו, Surgat Deus,diſſipentur inimici eius, & fugiāt q̄ oderūt eum à facie eius. Vbi tria in vno verſu habes huius ordinis Verba, quorū duo neutrius ſignificationis ſunt,vnū paſſiuæ.

Præteritū accentū habet in penultima, participiū in vltima.

Verbū פוץ tamen reperitur in Niphal. Gene. cap. 10.

Quemadmodū aliubi frequēter ו,in ֵ mutatur,ſic hoc loco in Futur. pro ו ponitur ֵ ,vt Geneſ.27. יָקֻם נָא אָבִי.

** Lamed ante dictionem monoſyllabā habet camets.*

Quādo Aiin paal,vel lamed paal eſt litera gutturalis vel ר,Pe paal habet in Futuro patach, vt וַיָּעַף דָּוִד & defeſſus fuit Dauid.2.Reg.24. וַיָּצַר עָלֶיהָ & obſedit eam. Iudicum 4.

Quando

בְּנֵנוּ
vel
בְּנוּ
*בָּנָה
בַּנֹּת
בְּנֹתֶן
Benoni
בָּן
בָּנִים
*בָּנָה
בָּנוֹת
Paul
בּוֹן
בּוֹנִים
בּוֹנָה
בּוֹנוֹת
Infinit.
בּוֹן
בְּבוֹן
כְּבוֹן
*לָבוֹן
מִבּוֹן
Imperat.
בּוֹן
בּוֹנוּ
בּוֹנִי
בּוֹנֶנָה
Futurum.
אָבוֹן

Quando futurum cum ו conuerſiuo venit in pauſa,ſchurec in cholem mutatur,vt הַנּוֹגֵעַ בָּאָרֶץ וַתָּמוֹג,& multa huiuſmodi.Extra pauſam verò,ſententia ſcilicet cohærente cũ ſequente oratione, cholem (quemadmodum & in Verbis perfectis) in Camets chateph mutatur,vt וְתִגְזַר אֹמֶר וְיָקָם לָךְ Iob.22.

יָבוֹן
תָּבוֹן
נָבוֹן
יָבוֹנוּ
תָּבוֹנוּ
תָּבוֹן
תָּבוֹנִי
תְּבוֹנֶנָה

Amos 9.

De qua re diximus Pag.24.

ו in Infinitiuo & Imperat. aliquando habet cholem, vt וְנוֹחַ מֵאוֹיְבֵיהֶם,Eſter.9. מוֹל אֶת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל,Ioſuæ 5. Imperatiuus huius ordinis frequenter habet ה paragogicum,vt עוּרָה הַנֵּבֶל Pſal.57.& omnino hic ordo in Imperat.& Futuro gaudet literis paragogicis.

NIPHAL.

Nun Niphal in tertia perſona vtriuſque generis & numeri ſemper habet Camets, quod in aliis perſonis, ne in vna dictione tot lõgæ vocales concurrant,vel etiam quia dictiones ſunt Milra, mutatur in Scheua.

נ Niphal reperitur etiam cum Tſere, vt נֵעוֹר Zachar.2.

Præteritum.

נָבוֹנוּ	נְבוּנוֹתִי	נְבוּנוֹתָ	נָבוֹן
נְבוּנוֹת	נָבוֹנָה	נְבוּנוֹנוּ	נְבוּנוֹתֶם
נְבוֹנִים	נָבוֹן	Benoni	נְבוּנוֹתֶן
		נְבוּנוֹת :	נְבוּנָה

Pe Paal ו ferè habet ſequente ו euphoniæ cauſa, ne duo ו concurrant.

Aliquando Vaf in Benoni habet Schurec, vt נְבוּכִים הֵם בָּאָרֶץ, Exodi 14.

Infinitiuus.

הִבּוֹן בְּהִבּוֹן כְּהִבּוֹן לְהִבּוֹן מֵהִבּוֹן

Imperat.

Imperat. הִבּוֹן הִבּוֹנוּ הִבּוֹנִי הִבּוֹנֶנָה
Fut. אֶבּוֹן יִבּוֹן תִּבּוֹן נִבּוֹן יִבּוֹנוּ
תִּבּוֹנוּ תִּבּוֹן תִּבּוֹנִי תִּבּוֹנֶנָה

Aliquando in Infinitiuo Niphal ה abſorbetur, literaque præcedens, vt ſolet fieri, eius vocalem recipit, quemadmodum in pagina 29. vidiſti.

De piel.

Verba quieſcentia Aiin Vaf, in Piel ſuum Vaf retinent. Et quia Vaf litera quieſcens non eſt capax Dageſch, quod huic coiugationi & Hithpael proprium eſt, ideo Lamed paal loco Dageſch duplicatur, diciturque בּוֹנֵן pro בִּיֵּן, הִתְבּוֹנֵן pro הִתְבַּיֵּן.

Conivgatio piel.

Præteritum.

בּוֹנֵן בּוֹנַנְתָּ בּוֹנַנְתִּי בּוֹנְנוּ
בּוֹנַנְתֶּם †בּוֹנַנּוּ בּוֹנְנָה בּוֹנַנְתְּ — vel בּוֹנַנּוּ
בּוֹנַנְתֶּן Benoni מְבוֹנֵן מְבוֹנְנִים
מְבוֹנֶנֶת vel מְבוֹנְנָה מְבוֹנְנוֹת
Paul מְבוֹנָן מְבוֹנָנִים מְבוֹנָנָה
מְבוֹנָנוֹת Infinit. בּוֹנֵן בְּבוֹנֵן
כְּבוֹנֵן לְבוֹנֵן מִבּוֹנֵן
Imperat. בּוֹנֵן בּוֹנְנוּ בּוֹנְנִי
בּוֹנֶנָה vel בּוֹנֶנָה Futur, אֲבוֹנֵן
יְבוֹנֵן תְּבוֹנֵן נְבוֹנֵן יְבוֹנְנוּ
תְּבוֹנְנוּ תְּבוֹנֵן תְּבוֹנְנִי †תְּבוֹנֵנָּה — vel תְּבוֹנֶנָה

Verba huius coniugationis ſunt ſicut verba apud Latinos cōmunis generis, actiuam nimirum & paſsiuam ſignificationem vna voce comple-

O ctentia:

ctentia: vt כּוֹנְנוּ חִצָּם parauerunt ſagittam ſuam. Pſalm. 11. בְּיוֹם הִבָּרַאֲךָ כּוֹנָנוּ in die creationis tuæ parata fuerunt. Ezech. 28.

HIPHIL. PRAETERIT.

Vt productius	הֲבִנֹתִי	הֲבִנוֹת	הֵבִין
verbum ſit, in	הֲבִנֹנוּ	הֲבִנֹתֶם	הֵבִינוּ
omnibus per-	הֲבִנֹתֶן	הֲבִנוֹת	הֵבִינָה

ſonis præterquàm in tertia vtriuſque numeri & generis aliquando abiiciunt Tſere ſub ה Hiphil, quo ו Aiin paal ſupplebatur, locoque eius Chateph ſægol vel Chateph patach ponunt, Lamed paal recipiente ו hoc modo.

הֵבִין הֲבִינוֹת הֲבִינוֹתִי הֵבִינוּ הֲבִינוֹתֶם
הֲבִינוֹנוּ הֵבִינָה הֲבִינוֹת הֲבִינוֹתֶן׃

Quãdo vero Pe paal eſt gutturalis, ה Hiphil aliquando habet ֲ, vt הַעִידוֹתִי בָכֶם הַיּוֹם. Deut. 4.

מְבִינָה	מְבִינִים	מֵבִין	Benoni
מוּבָנִים	מוּבָן	Paul	מְבִינוֹת
הָבֵן	Infinit.	מוּבָנוֹת	מוּבָנָה
מֵהָבִין	לְהָבִין	כְּהָבִין	בְּהָבִין
הָבִינִי	הָבִינוּ	הָבֵן	Imper.
יָבִין	אָבִין	Futur.	הֲבֶנֶּנָה
תָּבִינוּ	יָבִינוּ	נָבִין	תָּבִין
תְּבִנֶּינָה	תָּבִינִי		תָּבִין

Quando Futurum fit Milel, habet ֶ, vt מַה־יָּגֶל מְאֹד, Pſal. 21. וַיָּגֶל כְּבוֹדִי. Pſalm. 16.

Sic quoque וַתֶּמֶר, Ezech. 5. eſt Futurum Hiphil huius ordinis, & habet duo Sægol, וַיָּעַר יְיָ אֶת רוּחַ חַגַּי Hageæ 1. habet duo Patach propter ע gutturalem literam.

Verba

Verba huius Coniugationis in Præterito rariùs, in Infinitiuo verò & Imperatiuo ſæpiùs abſq; He Hiphil veniunt, vt רִיבוֹת pro הֲרִיבוֹת Iob.33. נִצָּב לָרִיב. pro לְהָרִיב Eſaiæ 3. לִין פֹּה. pro הָלִין Iudic. 19. Item Pſalm.2. וְגִילוּ בִּרְעָדָה pro וְהָגִילוּ.

HOPHAL. PRAETERIT.

הוּבַן	הוּבַנְתָּ	הוּבַנְתִּי	הוּבְנוּ
הוּבַנְתֶּם	הוּבַנּוּ	הוּבְנָה	הוּבְנֵת
הוּבַנְתֶּן	Infinit.	הוּבַן	Futur.
אוּבַן	יוּבַן	תּוּבַן	נוּבַן
יוּבְנוּ	תּוּבְנוּ	תּוּבַן	תּוּבְנִי
תּוּבְנֶנָה	vel	תּוּבַנָּה :	

HITHPAEL.

In Hithpael eadem ratione Lamed paal duplicatur propter Dageſch, quod in Aiin paal poni debebat, ſicut in Piel.

Paradigma.

הִתְבּוֹנֵן	הִתְבּוֹנַנְתָּ	הִתְבּוֹנַנְתִּי	הִתְבּוֹנְנוּ
הִתְבּוֹנַנְתֶּם	הִתְבּוֹנַנּוּ	הִתְבּוֹנְנָה	הִתְבּוֹנַנְתְּ
הִתְבּוֹנַנְתֶּן	Benoni	מִתְבּוֹנֵן	מִתְבּוֹנְנִים
מִתְבּוֹנֶנֶת	vel	מִתְבּוֹנְנָה	מִתְבּוֹנְנוֹת
Infinit.	הִתְבּוֹנֵן	בְּהִתְבּוֹנֵן	כְּהִתְבּוֹנֵן
לְהִתְבּוֹנֵן	מֵהִתְבּוֹנֵן	Imperat.	הִתְבּוֹנֵן
הִתְבּוֹנְנוּ	הִתְבּוֹנְנִי	הִתְבּוֹנֵנָּה	
Futur.	אֶתְבּוֹנֵן	יִתְבּוֹנֵן	*תִּתְבּוֹנֵן
נִתְבּוֹנֵן	יִתְבּוֹנְנוּ	תִּתְבּוֹנְנוּ	תִּתְבּוֹנֵן
תִּתְבּוֹנְנִי	תִּתְבּוֹנֵנָּה :		

*Aliquãdo dageſch loco vnius ת ponitur, vt Num.21. וְתִּבוֹנֵן pro וְתִתְבּוֹנֵן

VERBA IRREGVLARIA HVIVS ORDINIS.

Reperitur Ieremiæ 16. וְרִיגוּם, de quo cuius ſit Coniuga- רוג
tionis, nihil certi ſtatui poteſt: quidam enim putant eſſe
Præteritum Hiphil, & ה Hiphil, vt aliquando fieri ſolet, ab-
iectũ eſſe: Alij Coniugationis Piel eſſe volunt, & iod quieſ-
cens poſitum eſſe loco Iod mobilis, idemque eſſe ac ſi ſcri-
ptum eſſet וְרִיגוּם. Alterum eſt רוש, quod in Infinitiuo רוש
Kal, Eſaiæ 28. reperitur habere א ſuperadditum, אָרוֹשׁ יְרוּשֶׁנּוּ.

Tertium eſt זול, quod Thren. 1. ſub ה Hiphil habet Chi- זול
ric, vt הִזִּילוּהָ, & regulariter ſecundum formam vulgarem,
deberet eſſe הֱזִילוּהָ forma הֱשִׁיבוּהָ. Quartum eſt זון quod זון
in Benoni Kal Pſal. 144. pro Camets habet patach, מְזַן אֶל זַן.

Quintum eſt זור, quod Eſaiæ 59. habet וְהַזּוּרֶה, cùm re- זור
gulariter deberet eſſe וְהַזּוּרָה. Sextum eſt לון, quod Za- לון
chariæ 5. habet וְלָנֶה pro וְלָנָה. Reperitur quoque Verbum
לון in Hiphil loco longæ vocalis habere breuem ſequente
Dageſch, vt מַלִּינִים, Exod. 16. Septimum eſt לוץ à quo in לוץ
Piel, Iob. 39. יְעַלְעוּ pro יְלוֹעֲעוּ. Octauum eſt סוג quod Eſa. סוג
59. in Hophal habet הֻסַּג pro הוּסַג. Nonum סות, habet e- סות
nim 3. Reg. 21. in Hiphil abſque neceſſitate dageſch in ת,
הֵסַתָּה pro הֵסִתָה. Decimum eſt רוץ, quod in Futuro Kal רוץ
ſub literis איתן habet Tſere וְלֹא יֵרַע לְבָבְךָ Deuter. 15. & alia
ſatis multa. Sunt & alia huius ordinis verba, quæ huc re-
ferri poſſent: verùm quia inter Grammaticos de illis non
planè conuenit, idcirco ea omittenda cenſeo.

QVIESCENTIA LAMED ALEPH.

Quamuis hæc verba à perfectis nulla in re differre videantur, niſi quòd א Lamed paal non ſemper vt in illis efferatur, ſed quieſcat: tamẽ vt abundè ſtudioſis ſatis fiat, paradigmata omnia huius ordinis ponemus.

KAL. PRAETERITVM.

Hebræi hæc verba vocant נָחֵי לָמֶד אָלֶף

מָצְאוּ	מָצָאתִי	מָצָאתָ	מָצָא
מָצָאתְ	מָצָאתָה	מָצָאנוּ	מְצָאתֶם
מוֹצְאִים	מוֹצֵא	Benoni	מְצָאתֶן
מוֹצְאוֹת	מוֹצְאָה	vel	מוֹצֵאת
מְצוּאָה	מְצוּאִים	מָצוּא	Paul
מְצוֹא vel	מְצֹא	Infinit.	מְצוּאוֹת
מִמְצֹא	לִמְצֹא	כִּמְצֹא	בִּמְצֹא

In ſingulis huius ordinis cōiugationibus Infinitiuus in fine interdum habet ת, vt in Kal מְצֹאת, in Niphal הִמָּצֵאת, in Piel מַצֵּאת, in Hiphil הַמְצִאת, in Hithpael הִתְמַצֵּאת.

Cùm א & ה ſint literæ commutabiles, etiam hæc Verba aliquando cum Verbis quieſcentibus Lamed ה forma conueniunt, vt וְנָשׂוּ pro וְנָשְׂאוּ, Ezech.38. Item אַשְׁרֵי נְשׂוּי פֶּשַׁע Pſal.32. vbi א contra conſuetudinem vulgarem in Pual mutatum eſt in Iod mobile, vt ſolet fieri in quieſcentibus Lamed ה, cuiuſmodi pleraque ſunt, non ſolùm in Kal, ſed etiā in aliis Coniugationibus huius ordinis.

מִצְאִי	מִצְאוּ	מְצָא	Imperat.
יִמְצָא	אֶמְצָא	Futur.	מְצֶאנָה
תִּמְצְאוּ	יִמְצְאוּ	נִמְצָא	תִּמְצָא
	תִּמְצֶאנָה	תִּמְצְאִי	תִּמְצָא

De his verbis quomodo ה in Imperatiuo & Futuro aliquando abiiciunt, lege paginā 24.

In præterito Kal, א ſemper quieſcit in Camets, præterquàm quando ſequitur ו vel ה, tunc enim Aleph mobile fit. In reliquis verò Coniugationibus, exceptis tertiis perſonis maſculini generis ſingularis numeri Coniugationum paſſiuarū, א non in Camets ſed in Tſere vel Chiric quieſcit. Et in

reliquis temporibus ſi puncta ſpectes, ferè ſequuntur formam Verborum perfectorum, vt ex paradigmatibus ſubiectis facilè videre eſt.

NIPHAL. PRAETERIT.

נִמְצָא נִמְצֵאתָ נִמְצֵאתִי נִמְצְאוּ
נִמְצֵאתֶם נִמְצֵאנוּ נִמְצְאָה נִמְצֵאת
נִמְצֵאתֶן Benoni נִמְצָא נִמְצָאִים
נִמְצָאָה נִמְצָאוֹת Infinit. הִמָּצֵא
בְּהִמָּצֵא כְּהִמָּצֵא &c. Imperat. הִמָּצֵא
הִמָּצְאוּ הִמָּצְאִי הִמָּצֶאנָה Futur.
אֶמָּצֵא יִמָּצֵא תִּמָּצֵא נִמָּצֵא &c.

PIEL. PRAETERITVM.

מִצֵּא מִצֵּאתָ מִצֵּאתִי מִצְּאוּ מִצֵּאתֶם
מִצֵּאנוּ.&c. Ben. מְמַצֵּא מְמַצְּאִים מְמַצְּאָה
מְמַצְּאוֹת Paul מְמֻצָּא &c. Infinit. מַצֵּא
בְּמַצֵּא.&c. Imper. מַצֵּא.&c. Futur. אֲמַצֵּא
יְמַצֵּא תְּמַצֵּא נְמַצֵּא יְמַצְּאוּ.&c.

PVAL. PRAETERIT.

מֻצָּא מֻצֵּאתָ.&c. Benoni מְמֻצָּא מְמֻצָּאִים.&c.
Infinit. מֻצֵּאת Futur. אֲמֻצָּא יְמֻצָּא.&c.

HIPHIL. PRAETERIT.

הִמְצִיא הִמְצֵאתָ.&c. Ben. מַמְצִיא מַמְצִיאִים
מַמְצִיאָה.&c. Paul מֻמְצָא.&c. Infin. הַמְצָא &c.
Imper. הַמְצֵא vel הַמְצִיא.&c. Futur. אַמְצִיא
יַמְצִיא תַּמְצִיא נַמְצִיא יַמְצִיאוּ &c.

HOPHAL

HOPHAL. PRAETERIT.

הֻמְצָא &c. הֻמְצֵאת Infinit. הֻמְצֵאת

Futur. אֻמְצָא יֻמְצָא תֻּמְצָא &c.

HITHPAEL. PRAETERIT.

הִתְמַצֵּא &c. Benoni מִתְמַצֵּא &c.

Infinit. הִתְמַצֵּא &c. Imp. הִתְמַצֵּא &c.

Futur. אֶתְמַצֵּא יִתְמַצֵּא תִּתְמַצֵּא &c.

QVIESCENTIA LAMED HE.

Verba quieſcentia Lamed ה in themate (vt quieſcentia Lamed א) duplex habent Camets, vt בָּנָה. Diſcrimen verò inter quieſcentia Lamed he & Lamed aleph tenendum eſt. nam hæc Aleph ſuum, ſeu quieſcẽs, ſeu mobile ſit, ſemper retinet: iſta verò modò retinent, modò abiiciunt, ita vt vel nihil loco eius recipiant, vel id in Iod quieſcens vel mobile vel in ת mutent. Quinque ergo modis ה radicale venit, vt ex paradigmate videbis.

KAL. PRAETERITVM.

בָּנָה	בָּנִית
בָּנִיתִי	בָּנוּ
בְּנִיתֶם	בָּנִינוּ
בָּנְתָה	בָּנִית
בְּנִיתֶן :	

In בָּנָה vides ה manere, in בָּנוּ omnino abſorptum eſſe, in בָּנְתָה in Taf mutatum eſſe, hocque ne concurſu duorum ה caco phonia efficiatur. In reliquis perſonis euphoniæ cauſa vides ה in י mutatum. In Paul videbis in Iod mobile mutari. Quomodo autem in aliis temporibus ſeſe habeat, ex paradigmate cognoſces.

Benoni

בּוֹנָה.	בּוֹנִים	A בּוֹנֶה	Benoni
בְּנוּיִם	בָּנוּי	Paul	בּוֹנוֹת
vel בְּנוֹת	Infinit.	בְּנוּיוֹת	בְּנוּיָה.
לִבְנוֹת	כִּבְנוֹת	בִּבְנוֹת	בְּנוֹת
בְּנוּ	בְּנֵה	Imperat.	מִבְּנוֹת
אֶבְנֶה	Futur.	בְּנֶינָה	בְּנִי
יִבְנוּ	נִבְנֶה	תִּבְנֶה	יִבְנֶה.
תִּבְנֶינָה	תִּבְנִי	תִּבְנֶה	תִּבְנוּ.

ה plerunque quieſcit in ∵, vt differat à Benoni quieſcentium Lamed א. In Regimine verò mutatur in Tſere,vt רֹעֵה צֹאן Gēneſ.47. Mutatur quoq; ſed raro ה in Iod quieſcens,vt כְּאֹהֶל רֹעִי. Reperitur quoque ת præcedente Camets loco ה, Geneſ. 49. בֵּן פֹּרָת יוֹסֵף בֵּן פֹּרָת. A

OBSERVATIO.

Frequenter in hiſce verbis abiicitur ה Lamed paal, qua de cauſa accentus Milra fit Milel, & Pe paal recipit ∵; quod ſub Aiin paal prius erat, atque literæ איתן accipiunt Chiric vel Tſere, vt יִפֶן vel תֵּפֶן נֵפֶן pro יִפְנֶה תִּפְנֶה נִפְנֶה. יִפֶּן תֵּפֶן נֵפֶן. Quando verò Pe paal vel Aiin paal eſt gutturalis, Pe paal habet Patach,vt וַיִּחַן שָׁם יִשְׂרָאֵל Exod.19. וַתֵּלֶךְ וַתֵּתַע Geneſis 21.

Quatuor Verba huius ordinis ſunt, nimirum תָּמַהּ נָגַהּ, כָּמַהּ גָּבַהּ, quæ in gremio Mappic habent, & ideo ה nunquàm quieſcit, ſed more perfectorum coniugantur, vt גָּבַהּ גָּבַהְתָּ גָּבַהְתִּי, &c.

ה Fœmininum aliquando deficit, & ה radicale mutatum in ת manet, vt וְעָשָׂת Leuit.25. pro עָשְׂתָה. Idem fit in Hiphil, vt Leuit. 26. וְהִרְצָת pro וְהִרְצְתָה.

Mutant hæc Verba non ſolùm in Paul, ſed in aliis quoque locis ה Lamed Paal aliquando in Iod mobile. Primùm hoc

hoc fit in tertia perſona pluralis numeri, generis cõmunis,
Pſal.73. vt נָטְיוּ רַגְלָי pro נָטוּ. Deinde fit aliquando in tertia perſona
Pſal.57. fœmin. generis ſingularis numeri,vt בְךָ חָסָיָה נַפְשִׁי pro חָסְתָה.
Eſa.22. Fit quoque aliquando in Benoni fœm.generis, vt עִיר הוֹמִיָּה.
Eſa.21. Item in Imperat.vt בְּעָיוּ שֻׁבוּ אֵתָיוּ. Sæpius in tertia & ſecunda perſona pluralis numeri generis maſculini Futuri temporis, vt
Pſal.36. בְּצֵל כְּנָפֶךָ יֶחֱסָיוּן. Item
Eſa.21. אִם תִּבְעָיוּן. Quæ omnia non ſolùm in Kal,ſed in reliquis etiam Coniugationibus obſeruanda veniunt.

Nonnunquàm in Infinitiuo reperitur ו quieſcens loco ה, vt רָאוֹ רָאִינוּ. Gen. 26. Reperitur quoque ו mobile loco ה. Ezech. 28. לְרַאֲוָה בָךְ, & (vt ego puto) ſaltem in hoc loco.

Vnus Imperatiuus huius ordinis reperitur cum Sægol, שְׁמוֹר מִצְוֹתַי וֶחְיֵה. Prouerb.7.

Quædam Verba in Futuro mutant ה in Iod mobile,vt יִרְבָּיוּן Deut.8. יִשְׁלָיוּ Iob.12.& Pſal. 122.

Accidit quoque,vt reiecto ה,Pe paal & Lamed paal duobus Scheua notent, celeritatis nimirum cauſa, quo vna ſyllaba duæ literæ efferãtur, vt וַיֵּבְךְּ pro וַיִּבְכֶּה, וַיֵּפְתְּ pro וַיִּפְתֶּה. Quam apocopen cùm in hac tũ in reliquis coniugationibus huius ordinis locum habere,ſatis habeo admonere.

Adiungimus & hoc. Cùm regulã generalis ſit, (quæ & in perfectis & imperfectis valet) quando Pe paal eſt gutturalis litera, in Futuro Kal literæ איתן non Chiric ſed Patach vel Sægol habent, in huiuſmodi abiectione ה verborum, quorum Pe paal eſt gutturalis,ex nullis regulis, tantùm ex ſenſu cognoſci poteſt, ſit ne Futurum Kal an Hiphil. Quod vt euidentius fiat,exemplo vtemur. Deut. 34. ſcriptum eſt, וַיַּעַל מֹשֶׁה מֵעַרְבֹת מוֹאָב, ſententia cogit vt interpretemur: Et aſcendit Moſes à pla-

nicie Moab. ex quo colligitur eſſe Kal. Item Geneſ.8. וַיַּעַל עוֹלוֹת בַּמִּזְבֵּחַ. ſi hîc vertas: & aſcendit holocauſta in altari, ridiculus eris, ſed rectè: Et obtulit holocauſta in altari. ex quo colligitur eſſe Hiphil. quod iudicium de reliquis idem eſto.

NIPHAL. PRAETERIT.

Hebraicè vocantur hæc Verba נָחֵי לַמֶּד הֵא

נִבְנוּ	נִבְנֵיתִי	נִבְנֵיתָ	A נִבְנָה
נִבְנֵית	נִבְנֵתָה	נִבְנֵינוּ	נִבְנֵיתֶם
נִבְנִים	נִבְנֶה	Benoni	נִבְנֵיתֶן
נִבְנוֹת	נִבְנֵת	vel	נִבְנָה

Num Niphal in verbis huius coniugationis aliquando A etiam ante gutturalem literam ſuum Chiric retinent, vt נִהְיֵיתִי וְנֶחֱלֵיתִי, Daniel.cap.8.

כְּהִבָּנֶה	בְּהִבָּנֵה	הִבָּנֵה	B Infinit.
הִבָּנֶה	Imperat.	מֵהִבָּנֵה	לְהִבָּנֵה
	הִבָּנֶינָה	הִבָּנִי	הִבָּנוּ
תִּבָּנֶה	יִבָּנֶה	אֶבָּנֶה	Futur.
תִּבָּנֶה	תִּבָּנוּ	יִבָּנוּ	נִבָּנֶה
		תִּבָּנֶינָה:	תִּבָּנִי

Vel ſine ה, vt תִּגַּל עֶרְוָתֵךְ Eſa. 47. ſic quoque יִמַּח.

ה in Infinitiuo aliquando habet Cholem ante ſe, vt B לְהֵרָאֹה בְּשִׁלֹה 1.Reg.2. Aliquando ה mutatur in ת, vt כְּהִתָּעוֹת שִׁכּוֹר Eſa.19. Nun Niphal in Infinit. poſitum reperitur reiecto Dageſch, quod eius loco poni ſolet, כְּהִגָּלוֹת נִגְלוֹת, 2. Regum 6. vtrunque Infinitiuus Niphal eſt: in priore Dageſch more conſueto poſitum eſt, in altero ipſum Nun.

PIEL. PRAETERITVM.

Vbique loco tſere ponitur aliquando chiric.

בִּנּוּ	בִּנֵּיתִי	בִּנֵּיתָ	בִּנָּה
בִּנֵּית	בִּנְּתָה	בִּנִּינוּ	בִּנֵּיתֶם
מְבַנִּים	מְבַנָּה	Benoni	בִּנֵּיתֶן
			מבנה

מְבַנֶּה מְבַנּוֹת Paul מְבֻנֶּה
מְבַנִּים מְבֻנֶּה מְבֻנּוֹת :
Infinit. בַּנֵּה vel בַּנּוֹת
בְּבַנּוֹת כְּבַנּוֹת לְבַנּוֹת מִבַּנּוֹת
Imp. בַּנֵּה בַּנּוּ בַּנִּי בַּנֶּינָה

Interdum ſine ה, vt גַּל עֵינַי Pſalm. 119.

Futurum אֲבַנֶּה Vel ſine ה, vt סוֹד
יְבַנֶּה תְּבַנֶּה אַחֵר אַל תְּגַל Prouerb.
נְבַנֶּה יְבַנּוּ 24. יְצַו יְהוָה אִתְּךָ Deu-
תְּבַנּוּ תְּבַנֶּה teronom. 27.
תְּבַנִּי תְּבַנֶּינָה :

Quemadmodum quieſcentia Lamed א aliquando formam Lamed ה aſciſcunt, ſic ècontra fit, vt חִפָּה in coniugatione Piel loco ה habent א, vt וַיְחַפְּאוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל 4. Reg. 10. לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע Daniel. 9. & alia pauca.

PVAL. PRAETERIT.

בֻּנָּה בֻּנֵּיתָ בֻּנֵּיתִי בֻּנּוּ
בֻּנֵּיתֶם בֻּנֵּינוּ בֻּנְּתָה בֻּנֵּית
בֻּנֵּיתֶן Benoni בֻּנֶּה בֻּנִּים
בֻּנֶּה בֻּנּוֹת Infinit. בֻּנּוֹת :
Futurum אֲבֻנֶּה יְבֻנֶּה תְּבֻנֶּה &c.

HIPHIL. PRAETERIT.

He hiphil ante literã nõ guttur. habet patach, Nachum 3. in וְהַרְאֵיתִי:

הִגְלָה vel הֶגְלָה הִגְלִיתָה
הִגְלֵיתִי הִגְלוּ הִגְלֵיתֶם הִגְלֵינוּ
הִגְלְתָה הִגְלִית הִגְלֵיתֶן
Benoni מַגְלֶה מַגְלִים מַגְלָה
מַגְלוֹת Paul מָגְלֶה מָגְלִים
מָגְלָה מָגְלוֹת Infinit. הַגְלוֹת vel
הַגְלוֹת vel הַגְלֵה בְּהַגְלוֹת

Imperat.	מֵהִגָּלוֹת	לְהִגָּלוֹת	כְּהִגָּלוֹת
הִגָּלֶינָה	הִגָּלִי	הִגָּלוּ	הִגָּלֵה

Quando Imperatiuus abiicit ה radicale, notatur ·.· ·.·, vt הֶרֶב כַּבְּסֵנִי Pſalm. 51. Si contigerit Pe paal eſſe gutturale, — —, vt וְהַעַל Exod. 8.

Abiecto ה radicali habet duo ·.· ſcilicet Futurum, itaque à Kal facilè diſcernitur, vt וַיִּכֶּן זָנָב אֶל זָנָב. Sed ea propter gutturalé & hîc in duo Patach mutantur. Quomodo verò tūc à Kal dignoſci queant, in Kal oſtēdimus.

	אֲגַלֶּה	Futur.
	תְּגַלֶּה	יְגַלֶּה
	יְגַלּוּ	נְגַלֶּה
	תְּגַלֶּה	תְּגַלּוּ *Iudic.15.*
	תְּגַלֶּינָה	תְּגַלִּי

HOPHAL. PRAETERIT.

הָגְלוּ	הָגְלֵיתִי	הָגְלֵית	הָגְלָה
הָגְלֵית	הָגְלֵתָה	הָגְלֵינוּ	הָגְלֵיתֶם
Futur.	הָגְלוֹת :	Infinit.	הָגְלֵיתֶן :
נָגְלֶה	תָּגְלֶה	יָגְלֶה	אָגְלֶה
תָּגְלִי	תָּגְלֶה	תָּגְלוּ	יָגְלוּ
			תָּגְלֶינָה :

HITHPAEL. PRAETERIT.

הִתְגַּלּוּ	הִתְגַּלֵּיתִי	הִתְגַּלֵּית	הִתְגַּלָּה
הִתְגַּלֵּית	הִתְגַּלֵּתָה	הִתְגַּלֵּינוּ	הִתְגַּלֵּיתֶם
מִתְגַּלִּים	מִתְגַּלָּה	Benoni	הִתְגַּלֵּיתֶן :
הִתְגַּלּוֹת	Infinit.	מִתְגַּלּוֹת :	מִתְגַּלֶּה
vel הִתְגַּלֵּה	Imperat.	וכולי :	בְּהִתְגַּלּוֹת
הִתְגַּלֶּינָה :	הִתְגַּלִּי	הִתְגַּלּוּ	הִתְגַּל
יִתְגַּלֶּה	אֶתְגַּל	vel אֶתְגַּלֶּה	Futur.
		וכולי :	תִּתְגַּלֶּה

De verbo היה.

Cùm non ſolùm Lamed Paal ſed etiam Aiin & Pe paal ſint ex literis אחוי, hoc verbum ab aliis omnibus plurimùm differt. quum enim nuſquàm non obuium ſit, Hebræi frequenter in Futuro Lamed paal abiiciunt, & quia Iod tunc finem vocabuli occupat, ponunt ſub ח Pe paal Chiric, in quo quieſcat, literis איתן Scheua notatis, אֶחִי יְחִי תְּחִי נְחִי pro אֶחְיֶה יִחְיֶה תִּחְיֶה נִחְיֶה, & in pauſa dicunt אֶחִי יֶחִי, &c.

Venit quoque illud Verbum in Infinitiuo & Imperatiuo, ſed rariùs, contra conſuetudinem, mutando ſcilicet Iod Aiin paal in ו, vt וְאַתָּה הוֶֹה לָהֶם לְמֶלֶךְ, Nehem 6. הוָֹה עַל הוָֹה Ezech. 7. הֱוֵה גְבִיר לְאַחֶיךָ. Gen. 27. הֱוֵא אָרֶץ. Iob. 37. in quo loco quoque ה in א mutatum eſt.

Reperitur quoque in vno loco futurũ huius verbi valde irregulare, Eccleſ. 11. יהיו ꝑ יהוא. Rabbi Iuda putat eſſe ſingul. num. & א loco ה poſitũ, & ו pro י verùm prior ſentẽtia melior eſt, quã non ſolùm kimchi in Michlol, ſed & Abẽ Ezra in ſuis commentariis affirmat.

Exigit hic locus, vt aliquid de Verbo שָׁחָה dicam, quo ſtudioſi, qui priuatim ſeſe exercẽt, miris modis ſolent torqueri. In Hithpael enim ה Lamed paal in ו mobile mutat, & aſſumpto altero ה, quod inter coniugandum ſequitur ה, ipſius בנה, coniugatur enim hoc modo.

השתחויתם	השתחוו	השתחויתי	השתחוית	השתחוה
משתחוה	משתחוים	משתחוה	Benoni.	&c. השתחוינו
השתחוה	Imperat.	&c. השתחוה	Infinit.	משתחוות :
אשתחוה	Futur.	השתחוינה	השתחוי	השתחוו
	&c. ישתחוו	נשתחוה	השתחוה	ישתחוה

Quomodo Verbum שָׁחָה in Hithpael coniugetur, iam vidiſti, verùm Ezech. 8. occurrit מִשְׁתַּחֲוִיתֶם modo planè irregulari, pro Benoni tamen poſitum eſſe arguunt, cùm ſex anteriores literæ, tum Mem finale: ex quibus efficitur מִשְׁתַּחֲוִים, quod ipſum & loci ſententia & Pronomen וְהֵמָּה expoſcit. Cur ת inſertum ſit, ambigitur. In Thalmud Ieruſalymitano exiſtimát ת propterea interpoſitum eſſe, vt duo vocabula commixta eſſe cognoſceretur, מַשְׁחִיתִים & מִשְׁתַּחֲוִים ſuntque hæc eorum Verba: מַשְׁחִיתִים הַהֵיכָל וּמִשְׁתַּחֲוִים לַחַמָּה, id eſt, deſtruebant templum, & adorabant ſolem. quam ſententiam & Ionathan in Chaldaica ſua Paraphraſi videtur expreſſiſſe, habet enim וְאִינוּן מִתְחַבְּלִין וּסְגִידִין, & ipſi deſtruebant & adorabant. Dauidis Kimchi ſententia his

verbis continetur. מִשְׁתַּחֲוִיתֶם מִלָּה מֻרְכֶּבֶת מִן מִשְׁתַּחֲוִים וְהִשְׁתַּחֲוִיתֶם וְטַעַם הַהַרְכָּבָה אָמַר הַנָּבִיא כִּי מָצָא אוֹתָם הָאֲנָשִׁים מִשְׁתַּחֲוִים קֵדְמָה לַשָּׁמֶשׁ וְאָמַר לַנִּכְנָסִים הִשְׁתַּחֲוִיתֶם דֶּרֶךְ שְׁאֵלָה :

מִשְׁתַּחֲוִיתֶם eſt vocabulum compoſitum ex מִשְׁתַּחֲוִים & הִשְׁתַּחֲוִיתֶם, & cauſam compoſitionis innuit Propheta, quoniam inuenit illos viros adorare ad orientem ſolem, & dixit ad ingredientes interrogatiuè, adoraſtis? Aliorum cõmenta, ſeu veriùs ſomnia, non puto operæpretium commemorare, plurima enim irregularia in Bibliis reperiuntur, quorum non ſtatim ratio reddi poſſit: id nobis in præſentiarum ſufficit ſcire eſſe Benoni, in quo תֶ contra conſuetudinem poſitum eſt. Quod verò Angelus Caninius in inſtitutione Chaldaica, vult Participia Hebræorum aliquando recipere, more Præteriti temporis pronomina, itaque תֶם in vocabulo מִשְׁתַּחֲוִיתֶם eſſe Pronomen, id (vt cum bona eius venia dicam) verum eſſe nequit: nam ſi Pronomen eſt, quomodo conuenit cum præcedente pronomine וְהֵמָּה, cùm hoc ſit tertiæ perſonæ, illud verò ſecundæ. Quæ enim oratio eſt, & illi adoraſtis ad orientẽ ſolem? Et quia hunc campum ingreſſi ſumus, viſum eſt in pleraque alia, quæ eodem loco habentur, inquirere, non quidem maleuolo in virum doctiſſimum animo, ſed quòd id è re ſtudioſorum fore videatur. Adducit porrò quatuor alia, in quibus iridem perſuadere conatur, וְיוֹלַדְתְּ Iudic. 13. יוֹשַׁבְתְּ & עוֹכַנְתְּ, item מְקֻנַּנְתְּ Ierem. 22. quorum tria prima vult eſſe Benoni Kal fœminini generis cum Pronomine, quartũ Participium Paul coniugationis Piel, quod an verum ſit, age videamus. Si ת in hiſce quatuor eſt ת pronominis ſecundæ perſonæ fœminini gèneris, vt in פָּקַדְתְּ, quo reiectum eſt ה vel ת, quod ſolet participium fœminini generis conſtituere. dicimus enim יוֹלְדָה vel יוֹלֶדֶת, cùm vnum ת non habens dageſch forte, haud poſſit ſupplere loca duorum. Dicet fortaſſis Caninius, at eſſe participia in tribus primis ex Cholem ſuper Pe paal, & in poſtremo ex Mem perſpicere eſt. quorſum ergo ת cum Scheua in fine alio Scheua præcedente & patach? Reſpondeo non planè ſciri cauſam, fortaſſis ·.· ·.· in patach

& ſche-

& ſcheua mutata ſunt, vt Rabbi Ionah placet. לְהָרִיץ הַמִּלָּה אֶל אֲשֶׁר אַחֲרֶיהָ, id eſt, vt vocabulum celeriùs ſequenti vocabulo poſſit annecti, faciliùs enim cõiungitur יוֹלַדְתְּ בֵּן quàm יוֹלֶדֶת בֵּן. Verùm vt ת ſit Pronomen, nullo modo fieri poteſt ob cauſas ſupradictas. Eſſe verò irregularia, indicat Maſſoreth, & קְרִי & כְּתִיב, quæ in omnibus non conueniunt.

De verbis compoſitis.

Hebraicè vocantur מֻרְכָּבִים מִשְּׁתֵּי גְזֵרוֹת *cõpoſita ex duobus ordinibus. Quidã vocant* חֲסֵרֵי הַקְּצָווֹת אוֹ נָחֵי הַקְּצָווֹת

Verba compoſita ſunt, quæ ad duos ſpectant ordines, vnde & nomẽ habent, vt נָטָה נָשָׂא. Quantum enim ad Pe paal, ſunt defectiua Pe nun: quantum ad Lamed paal, quieſcentia Lamed he & Lamed aleph. Quia verò in hiſce verbis nulla aut parua admodum illis, qui cæteros ordines ſibi familiares reddiderunt, eſt difficultas, non opus eſſe duco paradigmata horum proponere: quantum enim ad Pe paal, ſequuntur נָגַשׁ, quantum ad Lamed paal, ſequuntur בָּנָה & מָצָא.

Solum hoc intereſt, quòd quæ huius ordinis ſunt, nunquam in Infinitiuo & Imperatiuo patiãtur primæ literæ iacturam. נָטָה enim in Infinitiuo non habet טוֹת ſed נְטוֹת, neque in Imperat. טֵה טוּ ſed נְטֵה נְטוּ, ſic de reliquis: excepto נָשָׂא, quod quamuis in Infinitiuo Nun aliquando retineat, id tamen plerunque in Infinitiuo & Imperatiuo amittit, coniugaturque in Infinitiuo hoc modo: שְׂאֵת בִּשְׂאֵת כִּשְׂאֵת לָשֵׂאת מִשְּׂאֵת, aduenientibus enim literis בכלם Scheua ſub שׂ euaneſcit, & א ad præcedentem literam ſuam vocalem ſcilicet .. relegat, in qua & quieſcit.

Reperitur tamen aliquando mobile. Aleph, vt בִּשְׂאֵת &c. In Imperatiuo שְׂאָה שְׂאוּ שְׂאִי שְׂאֶינָה.

Hoc quoque non prætereundum duximus. Cùm ad morem quieſcentium Lamed he in Imperatiuo & Futuro breuitatis cauſa abiiciant ה: huius generis compoſita valde mutilata occurrũt, non niſi ventre retento, vt verbum נָטָה in Kal aliquando אֵט יֵט pro אֶטֶּה יִטֶּה &c. In Imperatiuo Hiphil הַט pro הַטֵּה. In futuro אַט יַט תַּט נַט pro אַטֶּה יַטֶּה &c. Sic נָכָה in futuro Hiphil אַךְ יַךְ תַּךְ נַךְ pro אַכֶּה יַכֶּה &c.

Hæc intelligenda ſunt de cõpoſitis Pe nun, & Lamed he, non verò de cõpoſitis Pe nun & Lamed aleph.

Sunt porrò tres ſpecies compoſitorum Verborum, quæ quieſcentium appellantur, eò quòd eorum Pe paal & Lamed paal ſint literæ quieſcentes. Prima forma eſt אָפָה, quòd hęc ſpectat in אָכַל, illa in בָּנָה. Secunda forma eſt יָרֵא, quòd hæc ſpectat in יָשַׁב, illa מָצָא. Tertia eſt יָרָה, cuius Pe paal ſpectat יָשַׁב, Lamed paal בָּנָה. Et quæ huius generis ſunt in Infinitiuo & Imperatiuo Kal, nũquam amittunt primam literam, excepto יָצָא, quod in Infinitiuo habet צֵאת, in Imperatiuo צֵא צְאוּ צְאִי צֶאנָה in reliquis cum ſui ordinis verbis conſentit.

De verbo ירא inter alia ſuprà pagi. 91. quoque diximus.

De verbis qvatvor literarvm.

Pauca admodum reperiuntur verba, quæ quatuor conſtant diſsimilibus literis, vt כִּרְבֵּל כִּרְסֵם. Alia verò compoſita ſunt ex quieſcẽtibus Lamed he, duplicatis Pe paal & Aiin paal, ſuppreſſo ה thema

Iudæi vocãt hæc verba בְּנֵי אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת:

thematis, vt à תָּעָה fit תִּעְתַּע, & ſimilia.

Alia rurſum à quieſcentibus Aiin vaf vel Aiin iod, vt à כִּיל vel כּוּל reperitur כִּלְכֵּל, à פּוּר fit פִּרְפֵּר.

Quædam ex duplicibus Aiin, vt à כָּלַל fit כִּלְכֵּל, quæ omnia ſolùm reperiuntur in Piel Pual & Hithpael.

Obſeruandum etiam eſt verbum אָמַל frequenter reperiri in Pual, duplicans Lamed paal, אֻמְלַל Pſalm.6. Ioſuæ 4. Eſaiæ 16. & 24.

מַהְמַה nõ eſt in vſu niſi in Hithpael. Aben Ezra Genef. 19. eius facit mentionem, vultque thema eſſe מהה.

De verbis qvinqve literarvm.

Hæc vocãt בְּנֵי חֲמֵשׁ אוֹתִיּוֹת Reperiuntur etiam quinque literarum verba, vt à יָפָה in Coniugatione Pual reperitur יָפְיָפִיתָ, & à חָמַר reperitur eiuſdem Coniugationis חֳמַרְמַר.
Pſalm. 45. *Iob 16.* A סָחַר reperitur סְחַרְחַר, & eſt coniugationis Kal.
Thren. 1. Quod propter multitudinem literarum, & cele-
Pſalm. 38. riorem pronunciationem ſub Pe paal Scheua loco Camets obtinuit. Atque huiuſmodi literarum geminationem tam in quatuor quàm in quinque literarum verbis, Grammatici factam aſſerunt, partim euphoniæ, partim augendæ ſignificationis gratia. Atque hactenus quidem de ſingulis verborum ordinibus, ea, qua potuimus, facilitate egimus. Nunc Nominum tractationem fœlicibus (Deo volente) auſpiciis aggrediemur.

De nominibvs imperfectis.

In primis ſcire oportet, eaſdem prorſus Nominum eſſe formas, quas eſſe Verborum audiuimus. Sunt enim quemadmodum Verba, ita etiam Nomina, alia perfecta, de quibus primo libro dictum eſt, alia imperfecta, alia quieſcentia, alia etiam duplicia, alia quatuor, alia quinque literarum. Quæ omnia vt ſummam vtilitaté, ita nonnullam etiam difficultatem adiunctam habent, vtpotè à perfectorum formis ſæpiùs deuiantia. E re ſtudioſorum maximè futurum arbitrabar, ſi iis de Nominibus copioſiùs quàm quidam neoterici Grammatici, hoc loco pertractarem. Quare etiam nunc ſingulorum formas ſubiiciemus, declinationes, punctorum mutationes, diligenter annotaturi.

Defectiva pe nvn.

Nomina defectiua Pe nun plerunque Mem heemanticum cum Patach ſequente Dageſch, quod loco Pe paal ponitur, gerunt in capite, vt מַטָּע, quæ in regimine iuxta regulam generalem Camets in Patach mutant, in Affixis & plurali numero retinent Camets, vt מַטַּע יְהוָה plântatio Dei, מַטָּעַי plantationes meæ.

Vocantur חַסְרֵי חַפָּא

Eſa.61.
Eſa.60.

Sunt tamen quæ in regimine Camets in Patach nó mutant, vt מַתָּן אָדָם Prouerb. 18. E contrà quædam ſunt, quæ in ſtatu abſoluto — ſub Aiin paal habent, vt לְמַסַּע Deut. 10.

Quædam habent מ heemanticum in capite, & ה fœmininum in fine, vt מַסֵּכָה מַתָּנָה : quæ quantum

tum ad flexiones eorum attinet, ſequuntur regulas generales nominum fœmininorum.

Eſa.3. Duo reperiuntur, quæ ה cum Patach in capite
Eſter.4. habent, & ה fœmininum in fine, הַצְלָה & הַכָּרָה. verùm apud Rabbinos permulta talia occurrunt, הַנְהָגָה הַשָּׁנָה הַנָּדָה הַתְּמָרָה הַצְלָחָה הַשְׁגָחָה & his ſimilia, quorũ ferè omniũ verba & themata extant in Bibliis, licèt nomina ipſa ibi non reperiantur.

Sunt etiam duo, quæ nullam literam heemanticam habent in capite, licet Pe paal deſit, שִׂיא &
Iob 20. *3.Reg.18.* שִׂיג à נָשָׂא & נָשַׂג.

Eodem modo formantur defectiua Pe iod, vt מַצָּע à יָצַע, מַצֵּבָה à יָצַב. Item Nomina deducta à verbis compoſitis, vt מַכֶּה à נָכָה, & מַשָּׂא à נָשָׂא, מַצָּה Eſaiæ 41. à נָצָה.

De nominibvs dvplicibvs Aiin.

Vocantur שְׁמוֹת פְּעָלֵי הַכֶּפֶל

Sunt huius ordinis Nomina, in quibus Aiin paal deeſt, quæ מ cum ־ vel ·· in capite habent, pauca quoque, quæ מ cum Sægol, Patach & Cholem, vt מָגֵן מֵסַךְ מֵסַב מֵצַר מֵצַל מְכֵס מַשֵּׁק מֹרֶךְ. Quæ quia nõ habent ו cum Cholem ante Lamed paal, facilè à quieſcentibus Aiin Vaf, quæ alioqui ſimilia ſunt, diſcerni poſſunt. Quanquam etiam pauca ſunt huius ordinis ו habentia, vt מָעוֹז, quæ ſanè in ſtatu abſoluto, ſine adhibito lexico, à quieſcentibus Aiin Vaf, diſcerni non poſſunt: in regimine verò, in Affixis & plurali numero facillimè dignoſcuntur: nam tum omnia Nomina duplicia Aiin

ſuam longam vocalem ſub מ retinent, & quando ad finem propter Affixa, vel pluralem numerum accedit litera, Pe paal ſuam longam vocalem in breuem mutat, & Lamed paal recipit Dageſch loco Aiin paal, vt מְגִנֵּנוּ ſcutum noſtrum, מְגִנִּים ſcuta.

Aliquando נ loco Lamed paal ponitur, eodem modo quo in huius ordinis verbis, vt מָעֻזְנֶיהָ Eſaiæ 23.

Vnum eſt nomen, quod in ſtatu abſoluto repe ritur cum Scheua ſub Mem heemantico מְתוֹם, vide Pſalm.38. & Eſa. 1.

Huius ordinis quoque ſunt quædam, quæ מ vel ת habent in capite, & ה fœmininum in fine: quorũ Lamed paal habet Dageſch loco Aiin paal, vt מְגִלָּה תְּהִלָּה & תְּפִלָּה תְּחִלָּה. Pauca etiam, quæ ת vel ה heemanticum habent in capite, & nihil in fine, vt הֲמַס & תֶּמֶס à מָסַס. Vnum eſt quod habet *Pſal.56.& Eſa.64.* ה in capite & ה in fine הֲמֻלָּה à מָלַל.

Sunt quoque huius claſsis quædam, quę ה fœmininum habent in fine, & nihil in capite, vt זִמָּה שַׁמָּה חֻקָּה, in quibus Lamed paal, ſi modò capax eſt, habet Dageſch loco Aiin paal, quãdo verò nõ eſt capax Dageſch, Pe paal habet lõgam vocalem, vt קָרָה à קָרַר. Quanquam מֳרָה habet Chateph *Prou. 14.* camets. & iſta omnia facillimè à quieſcentibus Aiin vaf diſcerni poſſunt.

Huius formæ eſt etiam חִטָּה à חָטַט, quanquàm quidam putant thema eius eſſe חָנַט, & dageſch in ט poſitũ eſſe loco נ, eò quòd vocabulo חִנְטְיָא Chaldaicè triticũ ſignificetur.

Quemadmodum inter quieſcentia Aiin vaf & Lamed he aliqua ſunt nomina, quæ vnica cõſtant vocali:

vocali : ſic etiam huius ordinis quædam ſunt huiuſmodi, vt שֵׁן חֵץ, quæ omnia propter Maccaph
Deut.32. ·· in ·.· mutāt,vt שֶׁן־בְּהֵמוֹת dens pecorum. לֵב verò non ſemper propter Maccaph mutatur in ·.·, vt
2. Reg. 24. לֵב־דָּוִד cor Dauidis. קֵן in conſtructione mutat ··
Deut.22. in —, vt קַן צִפּוֹר nidus auis : quædam ſunt quæ habent Cholem, vt חוֹק ſtatutum. quæ omnia longam vocalem ·· & Cholem in Affixis & plurali numero (vt Dageſch loco Aiin paal poſsit poni) in breuem mutant, & חִצּוֹ ſagitta eius, חִצִּים ſagittæ. חֻקּוֹ ſtatutū eius, חֻקִּים ſtatuta. Cuius formæ quoque eſt כֹּל, quod propter maccaph & conſtructionem Cholem in Camets chateph mutat, in Affixis verò & plurali numero in Kybbuts.

קָל עָז זָךְ חָם תָּם & ſimilia, aliquādo cum Camets, aliquando cum Patach reperiuntur, in regimine verò ſemper cum Patach, quemadmodum & in affixis & plurali numero, ſed ſequente Dageſch, vt תֻּמּוֹ integer eius, תַּמִּים integri. Sunt tamen aliqua, quæ in affixis & plurali numero Patach in Chiric mutāt, vt פַּת buccella, פִּתּוֹ buccella eius, פִּתִּים buccellæ, quod idem fit in כַּף שַׁךְ צַר מַס.

Sunt etiam pauca quæ ה ſuperadditum habent in fine & Pe paal habet ·.·, nimirū סֶלָה & הֶרָה Geneſ.14. Eſt etiam vnum quod Mem heemanticum habet in fine, חִנָּם à חֵנַן.

De nominibus quorum Pe paal eſt א, non eſt neceſſarium hîc quicquam dicere, cùm iſta à Nominibus perfectis nihil differant, niſi quòd in iſtis locis, vbi hæc inter flectendū ſub Pe paal Scheua,

illa propter gutturalem literam punctum raptum habent, vt אֵבֶל אֶבְלוֹ אֲבֵלִים.

תּוּפִין cuius plurale eſt תּוּפִינִים & regimen תֻּפִינֵי reperiturque Leuitici cap. 10. deductum eſt ab אָפָה mutatumque eſt א Pe paal in ו quod mirum videtur.

QVIESCENTIA PE IOD.

Multa huius ordinis ſunt, quæ מ heemanticum habent in capite, & Iod Pe paal mutatur in וֹ vel וּ, vt מוֹשָׁב מוּסָר. *Nominantur Hebraicè* שְׁמוֹת נָחֵי פֵּא יוֹד

Sunt quoque quædam, quæ Iod Pe paal retinent, quod in Tſere ipſius Mem heemantici quieſcit, vt מֵיטָב, in quibus omnibus Camets ſub Aiin paal inter flectendum iuxta regulam generalem, nunc in Patach mutatur, nūc reſeruatur. In regimine plurali Camets plerunque in Scheua mutatur, vt מוֹשְׁבֵי הָאָרֶץ. Aliquando tamen manet immutatum, vt מוֹרָשֵׁי לְבָבִי. *Ezech. 34. Iob 17.*

Sic quoque quæ habent Tſere ſub Aiin paal, vt מוֹקֵשׁ מוֹעֵד, regulam generalem ſequuntur, hoc eſt, ipſum Tſere, quia non habet adiunctum Camets, in regimine non mutatur, in affixis verò & plurali numero in Scheua vertitur. Sunt quoque pauca, quæ ת heemanticum habent in capite, quorum quædam Iod in ו mutant, quædam retinent, vt תּוֹשָׁב תִּירוֹשׁ.

Quædam ſunt quæ מ heemanticum habent in capite & ה fœmininum in fine, Iod pe paal mutatum in ו, vt מוֹעֵצָה מוֹסֵרָה, & id genus alia, in plurali numero Tſere retinent, in regimine verò & in

affixis

affixis pluralis numeri illud in Scheua mutant, vt
Ierem. 30. מוֹרָשָׁה .וּמוֹסְרוֹתֶיךָ אֲנַתֵּק in regimine habet מוֹרֶשֶׁת.

Quædam habent ת heemanticum in capite, & ה fœmininum in fine, & Iod mutatum in ו, vt תוֹלֵדָה: quod in regimine habet תוֹלֶדֶת, quamuis & hoc modo in ſtatu abſoluto vſurpetur. Sic quoque תּוֹכֵחָה, in regimine habet תּוֹכַחַת propter gutturalem literam ·.· ·.· in — — mutatis. In plurali תּוֹכָחוֹת: mutat enim in plurali numero in ſtatu abſoluto Camets in Tſere, in regimine verò in Scheua, vt תּוֹכְחוֹת מוּסָר Prouerb. 6.

Sunt etiam quædam huius ordinis, quæ carent Iod pe paal, & nullam habent literam heemanticam in capite, ſed ſolùm ה fœmininum in fine, vt שֵׁנָה צוֹאָה, in regimine שְׁנַת צוֹאַת, in affixis שְׁנָתוֹ צוֹאָתוֹ, & ſic deinceps: regulas vulgares nominum generis fœminini obſeruant.

דֵּעָה in regimine propter gutturalem literam habet דַּעַת, nihil quoque obſtat, quo minùs Tſere maneat, & dicatur דֵּעַת vt זֵעַת. In regimine צֵאָה nō mutat Camets in Patach, vide Ezech. 4.

Perpauca ſunt, quæ nec Iod pe paal nec ה fœmininum habent, vt רֵעַ Iob 36. צֵא Eſa. 30. בּוּל Iob 40. & Eſaiæ 44.

Sunt etiam aliqua huius claſsis, quæ Aiin paal & Lamed paal habent duplicatum, vt צֶאֱצָאִים Eſa. 22. & 48.

QVIESCENTIA AIIN VAF.

Quieſcentia Aiin vaf, plerunque habent מ heemanticum

manticum cum Camets in capite, vt מָלוֹן מָנוֹר in regimine, in affixis & plurali numero Camets in Scheua mutant, vt מְלוֹן אוֹרְחִים diuerſorium hoſpitum, מְלוֹנוֹ diuerſorium eius, מְלוֹנִים diuerſoria &c. Sic quoque מָקוֹם, niſi quòd in plurali numero habet terminationem fœminini generis מְקוֹמוֹת. Eodem modo quando ה fœminin. fini adiicitur, litera heemantica habet Scheua, vt מְרוּצָה תְּמוּנָה & ſimilia. Sunt etiam aliqua quæ Mem vel Taf cum Schurec in capite gerunt, vt מוּעָף תּוּרַק מוּצָק.

נְחֵי עַיִן *vocătur ab antiquis. Ierem.9.*

Multa huius ordinis ſunt, quæ ן heemanticum præcedente ו habēt in fine, quorum maxima pars habet Camets ſub Pe paal, in quo Aiin paal quieſcit, vt זָדוֹן שָׂשׂוֹן, quæ omnia in regimine mutant Camets in Scheua, vt שְׂשׂוֹן לִבִּי læticia cordis mei. Pſalm.119. שְׂשׂוֹן יִשְׁעֲךָ læticia ſalutis tuæ. Pſalm. 51. זְדוֹן לִבְּךָ temeritas cordis tui. Abdiæ 1. Eodē modo in affixis & plurali numero faciunt. Quæ verò Tſere vel Chiric habent ſub Pe paal, vt זֵדוֹן חִיצוֹן, ſemper ſua puncta retinent.

Sunt etiam permulta huius ordinis nomina, quæ in ſtatu abſoluto vnam ſolùm vocalem longam habēt, in qua Aiin paal quieſcit, & propterea ferè omnia illam longam vocalem ſemper retinent, vt לֵץ לֵצִים: גֵּר גֵּרוֹ: גֵּרִים. זָר peregrinus, רָשׁ pauper, רָע malus, & ſimilia ſuum Camets ſemper retinēt, niſi quòd aliquādo in regimine ſingulari Camets in Patach mutant, aliquando retinent.

קִיר, צִיר, שִׁיר & ſimilia, nunquam ſuum Chiric

mutant,

mutant,ſolum עִיר in plurali habet עָרִים, in regimine plurali עָרֵי, & ſic deinceps in omnibus affixis Camets perdurat. Reperitur etiam idem vocábulum cum Iod mobili in plurali numero עֲיָרִים Iudic cap. 10. Excipitur quoque צִיץ quod in plurali numero Iod amittit & loco eius alterum צ recipit dageſch, vt וּפְטוּרֵי צִצִּים 3. Reg. 6. & hoc vocant Grammatici דָגֵשׁ בִּמְקוֹם נָח.

In ſtatu abſoluto non poſſunt diſcerni, an ſint à verbis duplicibus Aiin, an quieſcentibus Aiin vaf, in affixis & plurali numero verò optimè: nam tum ſuam longam vocalem ſemper retinent, alia verò in breuem vocalem propter ſequens dageſch mutant. Eodem modo non poſſunt in ſtatu abſoluto diſcerni à nominibus quieſcentibus Lamed he, quæ étiam vnica ſyllaba conſtant: verùm in regimine, in affixis & in plurali numero aliquo modo quidem, ſed non ſemper. Ideoque parùm exercitato Lexici ſubſidio opus eſt, & cùm thema in hoc loco non inuenerit, in altero quærat oportet.

Quando verò in ſtatu abſoluto huiuſmodi nominum Iod eſt mobile, habens ante ſe Patach, & ſub ſe Chiric, vt יַיִן זַיִת עַיִן, tum in regimine, in affixis & plurali numero Iod quieſcit in Tſere, vt כְּיֵין לְבָנוֹן ſicut vinum Liboni. Hoſeæ 14. יֵינוֹ vinum eius, זֵיתִים oliuæ, &c.

Excipiuntur duo: בַּיִת, quod in plurali numero ab his degenerat, nã habet Camets ſub ב ſequente

dageſch,idq́ue ablato Iod, vt בָּתִּים, in regimine בָּתֵּי, in affixis בָּתָּיו, &c.

Secundum eſt חַיִל,in quo Iod in plurali numero fit mobile,vt וַחֲיָלִים יְגַבֵּר.In regimine verò plurali quatuorq́ue affixis,הֶם כֶם הֶן כֶן,ſicut in ſingulari Iod quieſcit in Tſere, vt חֵילֵי חֵילֵיהֶם חֵילֵיכֶם חֵילֵיהֶן חֵילֵיכֶן,in cæteris verò dicitur חֲיָלַי חֲיָלֶיךָ חֲיָלָיו חֲיָלֶיהָ חֲיָלַיִךְ. Excipitur quoque תַּיִשׁ quod in plurali habet תְּיָשִׁים. *Eccle.10.*

Quæ Cholem habent vt גּוֹי כּוֹחַ בּוֹר אוֹר & ſimilia, nunquam ſuum punctum mutant, tribus exceptis, יוֹם & רֹאשׁ. nam in plurali numero dicitur יָמִים רָאשִׁים,quorum hoc Camets ſuum etiam in Regimine Plurali & in Affixis omnibus retinet, iſtud verò in regimine plurali & in affixis הֶם כֶם הֶן כֶן in Scheua mutat, vt

יְמֵי יְמֵיהֶם יְמֵיכֶם יְמֵיהֶן יְמֵיכֶן׃
יָמָיו יָמֶיךָ יָמַי יָמֵינוּ יָמֶיהָ יָמַיִךְ׃

In vocabulo שׁוֹר bos, ו in plurali numero fit mobile,vt שְׁוָרִים זִבֵּחוּ boues mactauerunt. *Hoſea 12.*

Cholem tamen aliquando in huiuſmodi nominibus in Kybuts mutatur,vt חֹר פֶּתֶן Eſa. 11. Sic quoque לוֹן in plur.vt dicit Kimchi לֻנִּים accipiendo dageſch loco literæ quieſcentis, vt in עָרוֹם quoque fit quod in plurali habet עֲרֻמִּים. Idem fit in לוּחַ quamuis ח non ſit capax dageſch: habet enim in plurali לֻחוֹת.

Quæ punctum habent Schurec,vt טוּר & ſimilia nunquam ſuum Schurec mutāt: ſolùm in שׁוּק

& in

& in דור vaſ Aiin paal in plurali numero fit mobile,vt בַּשְּׁוָקִים וּבָרְחֹבוֹת Cant.3. בַּדּוּרִים 2.Paral.35.

Sunt etiam aliqua, quæ in abſoluto ſtatu habent Camets ſub Pe paal, & vaſ Aiin paal eſt mobile, habens ſub ſe ∴, vt מָוֶת, & עָוֶל, in quibus omnibus in regimine in omnibus affixis & plurali numero ו quieſcit in Cholem,vt מות משה mors Moſis,מותו mors eius,מותי mortes,&c. Ezech.28.

Quanquam aliquando reperiuntur in regimine & in affixis habere ו mobile, vt הַמָּוְתָה לַחֲסִידָיו. *Ezech. 18.* Pſalm.128. בְּעָוְלוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה, quod etiam Ezech. 28. in regimine cum ∴ ∴ reperitur. Kimchi dicit omnia huius formæ nomina poſſe ſic in regimine formari, quam ego cauſam arbitror, quare Kimchi hæc nominibus perfectis adiunxerit,in quo etiam loco vocabulum שְׁוְא huius ait eſſe formæ, ſed breuitatis cauſa Sægol mutatum eſſe in Scheua, quemadmodum in vocabulo חֵטְא idem factum eſſe arbitratur.

Sunt etiam quædã huius ordinis, quæ ſub prima litera habent longam vocalem, & ה fœmininum in fine,vt צוּרָה נָפָה צָרָה חִידָה,quæ omnia primam vocalem nunquam mutant.Quantum verò ad Lamed paal & ה fœmininum ſpectat,omnibus modis ſequuntur formam קרה in צְדָקָה &c.

Cuius generis etiam ſunt שַׁחַת נַחַת רַחַת, quæ Patach habent ob gutturalem literam, & in ſingulari numero nunquam ſuum Patach mutant, in affixis ת recipit dageſch,vt בְּשַׁחְתָּם נַתְפַּשׂ Ezech.19.

 Quan-

Quanquam indifferẽter etiam duo priora deriuari poſſunt à verbis quieſcentibus Pe Iod, יָשַׁח יָנַח.

Præterea ſunt aliqua huius ordinis, ſed pauca, quæ Cholem in prima litera habent, ∵ ſub ſecunda, & ת in fine, vt נֹפֶת בֹּשֶׁת, quæ omnia eodem modo declinantur vt קֹדֶשׁ, & ת in affixis recipit dageſch, vt לְבָשְׁתְּךָ וּלְבֹשֶׁת עֶרְוַת אִמֶּךָ 1.Reg.20.

Quæ Tſere habent ſub Pe paal, & ה heemanticum in fine præcedente ו vel ∵ vel וּ, nõ mutatur, niſi quòd וּ in cognatum ſuum punctum, ſcilicet in וֹ mutatur, vt עֵדוּת teſtimonium, עֵדוֹתִי teſtimonium meum. In plurali numero (iuxta iudicium doctiſsimorum virorum) ſi in Bibliis inueniretur, haberet עֵדְיוֹת & non עֵדוֹת, vt quidam putãt: nam עֵדוֹתֶיךָ nõ eſt deductum ab עֵדוּת, vel עֵדוֹת, vel עֵדֶת, ſed ab עֵדָה.

Reperiuntur etiam huius ordinis, quæ habent ה in capite, & ה in fine, הֲנָחָה & הֲפוּגָה. vide Threnorum 3. & Eſther 2.

QVIESCENTIA LAMED ALEPH.

Quanquam exiguo quidem diſcrimine nomina quieſcentia Lamed aleph à perfectis diſtent: tamen viſum eſt ordine omnes eorum formas recenſere. Sunt igitur nonnulla quæ habent duo ָ, vt צָבָא צְבָא, quæ per omnia inter declinandum ſequuntur דָּבָר, niſi quòd in regimine non poteſt dici צַבָא vel צְבַא, ſed צְבָא צְבָא: Aleph enim in Patach quieſcere non poteſt.

Multa

Multa etiam huius ordinis nomina ſunt, quæ habent ∵ ∵ vel ∵ ‥ , vt נֶבֶא דֶשֶׁא פֶּלֶא טֶנֶא, quorum maxima pars ſequuntur formam בֶּגֶר pag.48. quædam verò מֶלֶךְ.

Eſa.40. *Zach.14.* *Deuter.3.* גֵּיא גֵיא גַיְא regulariter quidem haberent ∵ ∵, vel ∵ ‥ , ſed breuitatis cauſa in duobus prioribus ∵ ſecundæ literæ abiectum eſt, ita tamẽ vt in eius locum nullum aliud punctum ſucceſſerit, ſed in prima vocali Iod & Aleph quieſcunt. In poſteriore verò primum ∵ mutatum eſt in —, & alterum in Scheua quieſcens, vt fit in vocabulo חֵטְא, quod quoque regulariter haberet Sægol & Tſere.

Quædam habent Cholem & ∵ , vt גֹּמֶא סֹבֶא, quæ iuxta formam קֹדֶשׁ pag.50. declinantur.

כִּסֵּא in regimine ſingulari non mutatur: in affixis verò & plurali numero dageſch amittit, & ‥ in : mutat, vt כִּסְאוֹ ſolium eius, כִּסְאוֹת ſolia.

דַּכָּא קַנָּא חַטָּא & ſimilia nõ mutantur, niſi quòd in regimine plurali aliquando Camets in Scheua mutant, vt דַּכְּאֵי רוּחַ Pſalm.34.

טָמֵא in regimine טְמֵא, non טְמָא, in reliquis omnibus ſequitur זָקֵן, pag.44.

נָבִיא נָשִׂיא & ſimilia ſequuntur regulam generalem, nimirum quòd Camets ſuo more nunc mutatur, nunc manet: Chiric verò ſemper manet.

מְרִיא etiam in abſoluto ſtatu habet Scheua ſub Mem.

חַטָּאת קְרָאת in regimine Camets in Patach mutant, quamuis etiam extra regimen reperiantur

Patach habere לְחַטַּאת וּלְנִדָּה. In plurali חַטֹּאת, *Zach. 13.*
quod in regimine & in ſtatu abſoluto eandem formam retinet.

מְלֵאת נְשֵׂאת in ſingulari numero puncta ſua nō mutant, in plurali verò Tſere in Scheua.

QVIESCENTIA LAMED HE.

Multa ſunt huius ordinis, quę ת heemanticum *נחי למד הא appellantur*
habent in capite, vt תְּגָרָה תְּלָאָה תְּאֵנָה, quæ omnia priora duo puncta nunquam mutant, poſteriores verò duæ literæ cum ſuo ָ ſequuntur קָה in צְדָקָה pag. 54. Aliquando ת vel מ in capite habent, & ת heemanticum, præcedente Iod vel ו in fine ablato ה Lamed paal, vt תַּכְלִית תַּחֲנוּת מַשְׂכִּית in plurali numero recipiunt Iod mobile, vt תַּכְלִיּוֹת תַּחֲנוּיוֹת מַשְׂכִּיּוֹת. Cuius formæ quoque meminimus, cùm de ת heemantico ageremus, pag. 61.

Multa ſunt, quæ in ſtatu abſoluto ה Lamed paal retinent, vt מִקְרֶה, quæ plerunque Chiric habent ſub מ heemantico, niſi quòd illud ob gutturalem literam interdū mutatur in Patach, vt מַהֲמֶה Quanquam idem aliquando eueniat abſque gutturali, vt מַשְׁקֶה מַרְאֶה. Hæc omnia in regimine ֶ in ֵ mutant, quemadmodum & reliqua, quæcunque finalem literam habent ה pręcedente Sægol. In affixis verò omnibus & in plurali numero amittunt ה.

Quia verò eorum declinatio nonnihil eſt difficilis, integrum paradigma nō pigebit adſcribere.

מקנה

Nec te moneat, ꝙ hic interdum ה adiectũ videas, cũ antea illud amitti dixerim, neque enim de radice eſt, ſed ipſius pronominis affixi.

מִקְנֵךְ	מִקְנֵהוּ	מִקְנֵה	Reg. מִקְנֶה
מִקְנֵנוּ	מִקְנֵכֶם	מִקְנֵם	מִקְנִי
מִקְנֵכֶן	מִקְנֵן	מִקְנֵךְ	מִקְנֵהָ
מִקְנֵי	Reg.	מִקְנִים	Plural.
וכולי	מִקְנַי	מִקְנֶיךָ	מִקְנָיו

הַרְבֵּה habet ה ſuperadditum in capite, & ſemper habet ·· , אַרְבֶּה ſemper ∴ , quod in libro traditionis ſic annotatum inuenio.

מַעְלָה Mem in capite & He in fine literas habet heemanticas, illud enim ה quod adeſt, heemanticum eſſe inde colligitur, quòd dictio ſit Milel. Sunt tamen alia multa, quę literam heemanticam gerunt in capite & ה fœmininum in fine, vt מִצְוָה, quæ etiam quantum ad poſteriorem ſyllabam attinet, ſequuntur קה in צְדָקָה. Sic etiam אֶתְנָה à תְּנָה, quod reperitur cum ן heemantico in fine אֶתְנַן, quemadmodum dicitur שִׁרְיָה & שִׁרְיוֹן : quorum prima forma non reperitur in plurali numero vel cum affixis, ſed ſecunda.

Hoſeæ 2. Mich. 1. & Eſa. 23.

Aliquando etiam reperiuntur, quæ Mem heemanticum habent in capite, quorum fini tamen neque ה radicale, neque finale, neque heemanticum adiungitur, vt מַעַל מַעַר, quæ ob Pe paal gutturalem literam duo habent Patach.

Sunt etiam pauca huius ordinis, in quibus ה Lamed paal mutatur in ו, vt אחו תְּאוֹ דְּיוֹ, quæ non niſi in ſtatu abſoluto ſingul. num. reperiuntur.

Quædam ſunt quæ ה in Vaf mobile mutant, vt חֲנָוִי Abdiæ primo capite. Cuius generis etiam videtur

videtur שָׁלֵו עָנָו à שָׁלָה & עָנָה. Quædam ſunt quæ præterea ה mutant in Vaf mobile accedente inſuper ה fœminino, vt שַׁלְוָה à שָׁלָה : חֶרְוָה à חָרָה. Quę dam ה radicale mutant in Iod mobile accedente in fine ה fœminini generis. Quædam idem faciũt & habent ת heemanticum in capite, nihilq́ue ſignificatione differunt, vtranque formam inuenies Threnorum 2. וַיֶּרֶב בְּבַת יְהוּדָה תַּאֲנִיָּה וַאֲנִיָּה, id eſt, Et multiplicauit in filia Iuda mœrorẽ & mœrorem. Sic quoque ab ענה quod cum Aiin ſcribitur, deducitur עֲנִיָּה Eſaiæ 54. à צָבָה deducitur צְבִיָּה & alia huiuſmodi.

Multa huius ordinis ſunt, in quibus ה mutatũ eſt in Iod quieſcens. Prima forma eſt נָקִי עָנִי שָׁנִי, in quibus omnibus Camets ſuo more in Scheua mutatur, Iod verò non manet quieſcens, niſi in regimine ſingulari : in affixis verò, in plurali numero, in regimine plurali fit ſemper mobile, habens in ſe dageſch, vt נְקִיּוֹ נְקִיֶּךָ ׀ נְקִיִּים נְקִיֵּי נְקִיָּיו, & ſic in reliquis.

Secunda forma eſt, פְּרִי עֲרִי דְּלִי נְהִי, quæ omnia propter pauſam nonnunquam : ſub Pe paal mutant in ∵, vt כְּבֵית הַמֶּרִי Ezech. 2. וְתִשֶּׂנָה עָלֵינוּ נֶהִי, id eſt, Et leuabunt ſuper nos lamentum, Ierem. 9. Excepto חֲצִי, quod in pauſa habet חֵצִי. In affixis verò & plurali numero Iod horum nominum fit mobile, & Scheua aliquando mutatur in Chiric, aliquando in Sægol, aliquando retinetur, vt פִּרְיוֹ עֶדְיוֹ עֲדָיִים, &c.

Excipitur

Excipitur quoque כלי, quod in plurali Scheua in Tſere mutat,& non niſi vnum Iod retinet כלים in regimine כלי, &c.

Sunt tamen aliqua, quæ in plurali loco Iod aliquando א habēt, vt צבי in plur. צביים vel צבאים.

Tertia forma eſt חולי קשי יפי, quæ extra pauſam & in regimine Cholem in Chatephcamets mutāt,
Deut. 28. vt כל חלי: aliquando in Scheua, קשי העם. Quan-
Deut. 9. *Thren. 3.* quam reperitur quoque in pauſa cum Chatephca
mets vt ראה עני. In affixis eodem modo ו fit Cha-
3. Reg. 17. tephcamets,& Iod redditur mobile,vt חליו חזק.

Sunt etiam pauca, quæ ה Lamed paal mutāt in
Pſalm. 5. *Iob 28.* Iod vel Vaf quieſcens, & Aiin paal habent dupli-
Nach. 3. catum,vt הגיג à הגה, חזיז à חזה, צליל à צלה Iudic. 7. זנון à זנה.

Multa ſunt quæ Lamed paal mutant in Vaf, & נ heemanticum habent in fine vt רצון חרון יגון הזון עון vel עון & ſimilia,quibus etiam adnumerari poteſt זנון quod in plurali reperitur, Nachum 3. מרוב זנוני זונה. Quantū ad שפיפון pertinet,de eo Grammatici ambigunt: quidā dicunt à שפה eſſe deductum,quidam à שפף.

Cuius formæ, cur Kimchi in nominibus Lamed he non meminit, ſed potius nominibus perfectis adiunxit, valde miror.

Multa etiam, quæ ה Lamed paal in ſtatu abſoluto in Iod mobile mutant, accedente inſuper נ heemantico, vt קנין ענין בנין הריון גליון.

Rurſus ſunt, quæ ה in ו vel י quieſcens mutant, ſequente ת heemantico, vt שבות שחית חצות ערות גלות, quæ omnia ſua puncta nunquam mutant, niſi quòd loco ו aliquando ponatur Kybbuts. In

plurali numero rariſsimè vſurpantur, & quæ in vſu ſunt, Iod mobile habent, vt חֲנִיּוֹת Ierem. 37.

שָׁנָה מֵאָה פֵּאָה multaque ſimilia, quæ ה fœmininum habent in fine, ablato ה radicali, in ſingulari numero in omnibus ſequuntur דְּקָה. In plurali numero poſteriora duo, ·· ſub Pe paal ſemper retinent, primum verò in ſtatu abſoluto Camets tantum retinet, in regimine verò & in affixis in Scheua mutat, vt שָׁנוֹת שְׁנוֹת שְׁנוֹתָיו &c.

פָּרָה אָלָה חָנָה primam vocalē nunquam mutant. שָׂפָה, in plurali שְׂפָתוֹת in num. duali שְׂפָתַיִם, in regimine שִׂפְתוֹת. Eodem modo שָׁקָה in plurali שְׁקָתוֹת, in regim. שִׁקְתוֹת. קָצָה in plur. קְצוֹת. הָרָה habet הֲרִיּוֹת. אָמָה, in plurali אֲמָהוֹת.

שָׂדֶה in regimine שְׂדֵה, in affixis שָׂדֵהוּ, vel שָׂדוֹ, in plurali שָׂדִים vel שָׂדוֹת, in affixis שָׂדָיו vel שְׂדוֹתָיו & ſic per omnia affixa.

חָמוֹת אָחוֹת quorum Lamed paal eſt mutatum in ו, & ת eſt generis fœminini, in regimine & in affixis Camets in Hatephpatach mutant, in plurali אֲחָיוֹת, in regimine אַחְיוֹת, & ſic in affixis pluralis numeri.

Sciendum eſt etiam aliqua nomina huius ordinis eſſe, quæ nullam literam heemanticam habēt, nec in capite, nec in calce, & cùm quoque careant Lamed paal, conſtant ſolùm duabus literis & vna vocali. Prima forma eſt דִּי צִי עִי כִּי à דְּוָה צִיָּה עִיָּה כְּוָה. Cuius generis eſt etiam פִּי, quod tamen vna re ab aliis differt: nam in ſtatu abſoluto habet פֶּה, & in regi-

Nihil differt à regimine, ſed ſolùm ex ſenſu intelligi poteſt: nam regulariter deberet eſſe פיי *pii, ſed ne cacophonia committatur, ablatum eſt alterum Iod.*

regimine פִּי, à quo omnia affixa, nec non plur. num. deriuatur, vt פִּיו vel פִּיהוּ os eius, פִּיךָ os tuū, פִּי †os meum, פִּיהֶם os illorum, פִּיכֶם os veſtrum, פִּינוּ os noſtrum, &c. In plurali numero פִּים vide 1.Reg.13. & ſic omnia alia huius ordinis declinari poſſunt. Plerunque tamen hoc nomen פֶּה vel פִּי in plur. numero in ſtatu abſoluto, ſeruat terminationem nominum generis fœminini, & ita Iod fit mobile, vt פִּיוֹת. Aliquando etiam duplicat Pe paal, vt וְחֶרֶב פִּיפִיּוֹת. Pſal.149.

שֶׂה in regimine, שֵׂה in affixis loco ה recipit Iod mobile, vt שֵׂיו vel שֵׂיהוּ.

Secunda forma eſt, גַּי עַב שַׁי תַּו קַו צַו quæ in ſtatu abſoluto aliquando habent Camets, aliquando Patach. Cuius generis etiā ſunt אָב יָד גָּב מָן שָׁו דָּם, quæ in ſtatu abſoluto ſuum Camets ſemper ſeruant. אָב in regimine Camets aliquādo in Patach mutat, aliquando in fine habet Iod quieſcēs loco Lamed paal, & א habet Chatephpatach, vt אֲבִי. אָח in regimine Camets in Patach non mutat, ſed ſemper habet Iod quieſcens in fine אֲחִי. Atque hæc etiam in affixis Iod retinent, vt אָבִיו pater eius, אָחִיךָ frater tuus, אָבִי pater meus, אָחִינוּ frater noſter, אֲבִיהֶם pater illorum, אֲחִיכֶם frater veſter. In plurali אָב habet אָבוֹת in regimine אֲבוֹת, in affixis אֲבוֹתָיו, & ſic deinceps. א ſemper Chatephpatach obtinet, reliquæ verò literæ ſequuntur קוֹרַת in צְרָקוֹת pag. 54. אַח verò in plurali אַחִים אַחֵי אֶחָיו, אַחִיךָ אַחַי אַחֵינוּ אֲחֵיהֶם, &c.

In הֶפְסֵק id eſt, in pauſa Patach ſæpiſſimè in Sægol mutatur, vt Pſalm. 22 אֲסַפְּרָה שִׁמְךָ לְאֶחָי, id eſt, Narrabo nomen tuum fratribus meis. & alia huiuſmodi.

Alia verò omnia ſecundùm formam ſequentem declinantur יָד יַד יָדוֹ יָדְךָ יָדִי יָדָם, & ſic deinceps ſecundùm ſyllabam בָר in דָּבָר. In plurali יָדַיִם. In regimine יְדֵי, & deinde declinatur ſecundùm formam בָרִים in דְּבָרִים: Et ſic omnia declinari poſſunt, niſi quòd cætera in plurali non habent formam dualis numeri, ſed more conſueto Iod quieſcens ante ם, vt דָּגִים.

Quãdo יָד ſignificat partem vel clauum, vel cardinẽ in plur. habet יָדוֹת *vide Exod. 26. Geneſ. 47.*

Excipitur etiam ex his מָן, quod in affixis & plurali numero Camets in Patach ſequente Dageſch mutat, vt וּמַנְּךָ Nehemiæ 9. Quod tamen Dageſch ſæpiùs (cùm literam ſcheuatam occupet) excidit.

Excipiuntur quoque דָּם & יָד, quorum hoc dum recipit affixum כֶם habet ∴ ſub Pe paal יֶדְכֶם, illud Chiric דִּמְכֶם. Geneſis 9.

Tertia ſpecies eſt זֵר גֵּו כֵּס עֵט עֵץ רֵעַ, quæ omnia in affixis & in plurali numero ſuam vocalem ſemper retinent, vt עֵצוֹ lignum eius, עֵצִים ligna &c.

בֵּן verò & שֵׁם quamuis ſint huius formæ, ſuam vocalem tamen mutãt, declinanturq; hoc modo.

בֵּן Reg. בֶּן בְּנוֹ שְׁמוֹ בִּנְךָ שְׁמִי

בִּנְכֶם שִׁמְכֶם בְּנֵנוּ שְׁמָהּ בְּנֵךְ שִׁמְכֶן:

Plural. בָּנִים שֵׁמוֹת Regim. בְּנֵי שְׁמוֹת

בָּנָיו שְׁמוֹתָיו בָּנֶיךָ שְׁמוֹתֶיךָ וכולי:

In ſingular. שם *&* בן *omnino cõueniunt, in plurali verò non: nam vnum habet terminationẽ m. gen. alterũ fœm. gen.*

Eodem modo flectitur יֵשׁ dum affixa recipit, niſi quòd aliquando habet ∴ vel Chiric, vt יֶשְׁכֶם,

vel

vel יְשֶׁכֶם vos eſtis, יֶשְׁנוֹ ipſe eſt, verùm hic illud ſciendum eſt, יֵשׁ eſſe Verbum, quod coniugationē nullam admittit, ſed recipit affixa more Nominis.

Ab hoc Verbo quod naturam Nominis habet, deducitur (vt quibuſdam placet) תּוּשִׁיָּה, de quo in Lexico Pagnin. latiſſimè ſcriptum eſt. Kimchi in Michlol ſtatuit thema eſſe יָשַׁת & Iod Pe paal mutatum eſſe in ו quieſcens, ת radicale in Iod mobile præcedente in capite ת ſuperaddito. Eius generis videtur eſſe תּוּגָה triſtitia, quod etiam Iod mutat in ו, thema enim eſt יָגָה.

De nominibvs qvatvor vel qvinqve literarvm, qvae Hebraei vocant

שֵׁמוֹת שֶׁהֵם בְּנֵי אַרְבַּע אוֹתִיוֹת אוֹ חָמֵשׁ אוֹתִיוֹת׃

Verba quæ pluribus quàm tribus conſtant literis, pauca admodum reperiuntur, quia difficilia ſunt pronunciatu, ſed plura ſunt Nomina. Primò ſunt aliqua quatuor literarum, quæ Aiin paal & Lamed paal habent duplicatum, vt עֲרַעַר ab עוּר.

Pſal.102. Quædam ſolum Pe paal duplicāt, vt בַּקְבּוּק à בָּקַק.

Ierem.19. Quædam quinque conſtant literis, quæ etiam duplicatum habent Aiin paal & Lamed paal, vt יְרַקְרַק flauum à יָרַק. Et אֲדַמְדָּם rubrum ab אָדֹם.

De his apud Aben Ezra Rabbi Salom. & Kimchi diſſenſio eſt. Aben Ezra Leuit. 13. & Cant.Cantic.1. dicit, quòd ad minuendam rem ſint duplicata, vt ירקרק aliquo modo flauum, אדמדם aliquo modo rubrum. Rabbi Salomon & Kimchi dicunt ea augendæ ſignificationis cauſa duplicata, & ſignificare valde flauum, valde & omnino rubrum.

Sunt tamen multa, quæ quatuor diuerſis conſtant literis, vt פַּרְעֹשׁ כַּרְמֶל בַּרְזֶל, & multa ſimilia. Quæ verò quinq; vel pluribus conſtant literis, vt דַּרְכְּמוֹן Ezræ 2. פַּתְשֶׁגֶן Ezræ 6. & Eſter 3. אֲחַשְׁתְּרְפְּנִים Eſter cap. 8. & ſimilia, Hebræi negant eſſe Hebraica, ſed ex aliis linguis mutuata, paucis exceptis, quæ compoſita ſunt ex vocabulis Hebraicis, vt שַׁעַטְנֵז & צְפַרְדֵּעַ.

Quantum verò ad declinationem horum omnium quatuor vel quinq; literarum ſpectat, prorſus nulla eſt difficultas: nam raro, niſi in ſtatu abſoluto reperiuntur.

De hebraeorvm nvmero.

Ordinalis.		Cardinalis.			
Fœmin.	Maſcul.	Fœminin.		Maſcul.	
		Regim.	*Abſolut.*	*Regim.*	*Abſolut.*
Prima	Primus		Vna		Vnus
רִאשׁוֹנָה	רִאשׁוֹן		B אַחַת	אַחַד	A אֶחָד
ſecunda	ſecundus		duæ		duo
שֵׁנִית vel שְׁנִיָּה	שֵׁנִי	שְׁתֵּי	שְׁתַּיִם	שְׁנֵי	שְׁנַיִם
tertia	tertius		tres		tres
שְׁלִישִׁית	שְׁלִישִׁי	שְׁלֹשׁ	שָׁלֹשׁ	שְׁלֹשֶׁת	שְׁלֹשָׁה
quarta	quartus		quatuor		quatuor
רְבִיעִית	רְבִיעִי		אַרְבַּע	אַרְבַּעַת	אַרְבָּעָה
quinta	quintus		quinque		quinque
חֲמִישִׁית	חֲמִישִׁי	חֲמֵשׁ	חָמֵשׁ	חֲמֵשֶׁת	חֲמִשָּׁה
ſexta	ſextus		ſex		ſex
שִׁשִּׁית	שִׁשִּׁי	שֵׁשׁ	שֵׁשׁ	שֵׁשֶׁת	שִׁשָּׁה
					ſeptem

Numerus ſiue ſit ordinalis, ſiue cardinalis numeri vocatur Hebraicè שֵׁם הַמִּסְפָּר:

ſeptima	ſeptimus		ſeptem		ſeptem
שְׁבִיעִית	שְׁבִיעִי	שְׁבַע	שֶׁבַע	שִׁבְעַת	שִׁבְעָה
octaua	octauus		octo		octo
שְׁמִינִית	שְׁמִינִי	שְׁמוֹנַת	שְׁמוֹנֶה	שְׁמוֹנַת	שְׁמוֹנֶה
nona	nonus		nouem		nouem
תְּשִׁיעִית	תְּשִׁיעִי	תְּשַׁע	תֵּשַׁע	תִּשְׁעַת	תִּשְׁעָה
decima	decimus		decem		decem
עֲשִׂירִית	עֲשִׂירִי		עֶשֶׂר	עֲשֶׂרֶת	עֲשָׂרָה

Apud Hebræos non reperitur ordinalis numerus, niſi ad decem, cuius deinceps loco vſurpatur cardinalis.

A אֶחָר reperitur etiam ſine א more Chaldæorum, vt חַר אֶת אַחוֹת Ezech. 33. In regimine dicitur אַחַר: verùm inuenimus regimen pro ſtatu abſoluto vſurpari Zachar. 11. לְאַחַר קָרָאתִי נוֹעַם וּלְאַחַר קָרָאתִי חוֹבְלִים. Sic quoque Geneſ. 48. שְׁכֶם אַחַר portio vna. עַד אַחַר לֹא נֶעְדָּר ne vnus defecit. 2. Reg. 17.

B In pauſa dicitur אֶחָת vt Exod. 36. אַחַר אֶל אֶחָת. Reperiuntur tamen quędam quæ in pauſa ſuum Patach retinent, vt צִנְצֶנֶת אַחַת Exod. 16.

Obſeruandum quoque eſt, quòd ordinalis numerus generis fœminini vocatur etiam שֵׁם הַחֵלֶק id eſt, nomen partis, vt שֵׁנִית ſecunda pars, שְׁלִישִׁית tertia pars, רְבִיעִית quarta pars, חֲמִישִׁית vel חֹמֶשׁ quinta pars, שִׁשִּׁית ſexta pars, שְׁבִיעִית ſeptima pars, שְׁמִינִית octaua pars, תְּשִׁיעִית nona pars, עֲשִׂירִית vel עִשָּׂרוֹן decima pars.

Sequitur porrò numerus cardinalis, quo & ordinalis loco vtuntur.

Maſculin.

Fœminin.		Maſculin.	
עֶשְׂרֵה	vel אַחַת vndecim	עָשָׂר	vel אַחַד
	עַשְׁתֵּי		עַשְׁתֵּי
	שְׁתֵּים duodecim		שְׁנֵים
	שְׁלֹשׁ tredecim		שְׁלֹשָׁה
	אַרְבַּע quatuordecim		אַרְבָּעָה
	חֲמֵשׁ quindecim		חֲמִשָּׁה
	שֵׁשׁ ſedecim		שִׁשָּׁה
	שְׁבַע ſeptendecim		שִׁבְעָה
	שְׁמוֹנַת octodecim		שְׁמוֹנָה
	תְּשַׁע nouendecim		תִּשְׁעָה

quinquaginta	quadraginta	triginta	viginti
חֲמִשִּׁים	אַרְבָּעִים	שְׁלֹשִׁים	עֶשְׂרִים
nonaginta	octoginta	ſeptuaginta	ſexaginta
תִּשְׁעִים	שְׁמוֹנִים	שִׁבְעִים	שִׁשִּׁים

Hæc omnia quæ ים in fine habēt, toties decem ſignificant, quoties numerus ille à quo originem ducunt, continet vnitatem, vt שְׁלֹשָׁה tres, שְׁלֹשִׁים triginta & ſic in aliis. Excepto עֶשְׂרִים, quod licèt ab עֶשֶׂר vel עֶשְׂרָה deriuatum ſit, non tamen decies decem, ſed bis tantùm decem ſignificat. Vbi ſcire licet, priſcos minimeque contemnendos Grammaticos velle עֶשְׂרַיִם ſcriptum fuiſſe forma, ſcilicet duali, eò quòd bis decem ſignificaret. Verùm ne illud vnicum ab aliorum omnium forma recederet, Patach & Chiric eſſe ſublata, & Iod aliorum more quieſcere in Chiric.

Licèt Abrahã Bal. hanc opinionẽ derideat. Verùm vt mea eſt ſententia, הלא טוב עוללות הראשונים מבציר האחרונים :
Id eſt, certè meliora ſunt ſpicilegia priſcorum, quàm vindemia neotericorũ. Pro. Iud. 8.

Quan-

Quando עֶשְׂרֵה alii numero adiungitur, amittit ה, & dicitur עָשָׂר. Econtrà עָשָׂר quando alii adiungitur numero, recipit ה præcedente Tſere, vt ſupra viſum eſt.

מֵאוֹת pluries centum מָאתַיִם bis centum מֵאָה 100
אֲלָפִים plura milia אַלְפַּיִם bis mille אֶלֶף 1000
רִבּוֹתַיִם bis myrias רִבּוֹא vel רִבּוֹ vel רְבָבָה myrias
& in regimine רִבְבוֹת.

Quemadmodum Græci, ita & Hebræi literis ſuis in numeris exprimendis vtuntur. Quare ſciendum totum Hebræorum Alphabetum, vnà cum literis finalibus in tres ſecari ordines, quorum quiſque nouem continet literas: atque in primo ordine progreſſus fit ab vnitate vſque ad decem, qualibet litera præcedentem vnitate tantùm ſuperante. Secundus verò ordo, à decem ad centum vſque procedens, literas continet denario ſemper auctas. At tertius ordo, à centum ad mille vſque progreditur, literaſque continet numero centenario ſeſe excedentes. Quæ omnia ſubiecta tabella clarè monſtrabit.

9	8	7	6	5	4	3	2	1
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
90	80	70	60	50	40	30	20	10
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י
900	800	700	600	500	400	300	200	100
ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק

Poſſem quidem hoc loco plurima iucunda, nec omnino ſcitu indigna, de numeris ex libro creationis adferre, quæ multis etiam in rebus vſui eſſe poſſent, ni breuitas, cui nunc potiſsimùm ſtudemus, ea omnia nunc omittere cogeret. Quantùm verò ad alios numeros literis exprimẽdos attinet, qui in tabula non inueniuntur, hoc admonuiſſe ſuffecerit, eandem videlicet hîc rationem obſeruari, quæ in cypheris. Verùm hoc eſt diſcriminis, quòd Hebræi maiorem numerum dextram verſus collocant, cùm in cypheris contrarium obſeruetur. Vndecim igitur ſcripturus, ponas יא: 12, יב: 13, יג: 14, יד: 16, יו: & ſic deinceps. Scias etiam א mille, ב duo milia, ג tria milia ſignificare, & eodem modo in aliis, vbi videlicet alium numerum habuerint adiunctum, vt annus hic humanæ ſalutis eſt אתקסד id eſt, 1564. Quòd ſi mille ſolùm vel 2000. vel 3000. ſcribere libuerit, id vnica quidem litera fieri non poteſt, ſed integris vocabulis, quæ ex præcedentibus numeris facilè colliges.

Iudæi, ne nomen diuinũ prophanare videantur, nolunt יה *cõiungere, ſed loco illarum* טו *ſtatuunt, vt 15. numerũ ſignificent.*

De affixis verborvm.

Plurimum breuitatis Hebrææ linguę Affixa adferunt. Eorum enim beneficio vnico ſæpè vocabulo exprimere licet, quod Latinus non niſi pluribus efferre poterit.

Huiuſmodi autem Affixa, ſeu Pronomina inſeparabilia, omnes tranſitiuorum Verborum perſonæ, idque in omnibus temporibus recipere poſſunt,

ſunt, vt פָּקַד viſitauit, פְּקָדוֹ viſitauit eum, &c.

Quia verò hæc verborum affixa ab affixis nominis דָּבָר parum differunt, non neceſſe fuerit diu illis inhærere.

Verùm ſatis ſit omnia eodem modo quo Moſchi Kimchi in libro מַהֲלַךְ שְׁבִילֵי הַדַּעַת ea digeſsit, breuiter enumeraſſe. Et vt omnia faciliora euadãt, Latinam interpretationem adiungam: breuibus etiam ſcholiis, vbi aliqua apparuerit difficultas, rem declaraturus.

Atque in primis ſciendum eſt quinque eſſe affixa, ſcilicet נִי נוּ הוּ נָה הָ, quæ in verbis tantùm reperiuntur: exceptis הו & הָ, quæ etiam nominibus quieſcentibus Lamed he affiguntur, quemadmodum viſum eſt pag. 127. in declinatione מִקְנֶה.

Tertia perſona maſculini generis recipit decem affixa, quemadmodum ſequitur.

פָּקַד Viſitauit.

פְּקָדַנִי me cõ. פְּקָדְךָ te m. פְּקָדָהוּ vel פְּקָדוֹ eum
פְּקָדָהּ illam פְּקָדָנוּ nos c. פְּקַדְכֶם vos m. פְּקָדָם illos
פְּקַדְכֶן: vos f. פְּקָדָן eas פְּקָדֵךְ te f.
פְּקַדְתַּנִי me פְּקַדְתָּהוּ vel פְּקַדְתּוֹ eum פָּקַדְתָּ Viſitaſti
פְּקַדְתָּן: eas פְּקַדְתָּהּ eam פְּקַדְתָּנוּ nos פְּקַדְתָּם eos

Secunda perſona tantùm recipit ſex Affixa, non enim dicitur, tu viſitaſti te m. g. neque viſitaſti te fœm. g. neque tu viſitaſti vos cum Affixo maſc. generis, neque viſitaſti vos cum Affixo fœm. gen. Errant ergo qui aliter ſcribunt.

Quando adduntur Affixa, tunc Patach ſub Aiin paal interdum mutatur in Chiric, vt יְלִדְתָּנוּ. Ieremiæ 2.

Recipit tantùm octo Affixa.

פְּקַדְתִּיךָ te פְּקַדְתִּיהוּ vel פְּקַדְתִּיו eum פְּקַדְתִּי Viſitaui
פְּקַדְתִּיהָ eam פְּקַדְתִּיכֶם vos פְּקַדְתִּימוּ vel פְּקַדְתִּים eos
:פְּקַדְתִּיכֶן vos f. פְּקַדְתִּין eas פְּקַדְתִּיךְ te f.

Mutatur & hîc Patach ſub Aiin paal in Chiric, vt Pſalm.2. & Iudic. 13.

Hæc perſona quoque recipit decem Affixa, vti ſequitur.

פְּקָדוּךָ te m. פְּקָדוּהוּ illum פָּקְדוּ Viſitauerunt
פְּקָדוּנוּ nos c. פְּקָדוּכֶם vos m. פְּקָדוּם eos פְּקָדוּנִי me c.
: פְּקָדוּכֶן vos f. פְּקָדוּן eas פְּקָדוּךְ te f. פְּקָדוּהָ eam

Recipit hæc perſona etiam tantùm ſex Affixa, ob cauſam ſuperius in פְּקַדְתְּ dictam.

פְּקַדְתּוּנִי me c. פְּקַדְתּוּהוּ illum פְּקַדְתֶּם Viſitaſtis
פְּקַדְתּוּהָ eam פְּקַדְתּוּנוּ nos c. פְּקַדְתּוּם eos m.
; פְּקַדְתּוּן eas

Cùm huic perſonæ adduntur Affixa, ם abiicitur, in cuius locum ſuccedit ו, quemadmodum & in aliis locis ו index eſt pluralis numeri.

Hæc perſona etiam recipit octo Affixa.

פְּקַדְנוּךָ te m. פְּקַדְנוּהוּ eum פָּקַדְנוּ Viſitauimus
פְּקַדְנוּהָ eam פְּקַדְנוּכֶם vos m. פְּקַדְנוּם eos
: פְּקַדְנוּכֶן vos f. פְּקַדְנוּן eas פְּקַדְנוּךְ te f.

Hæc perſona recipit decem Affixa, ſicut פָּקַד.

פְּקָדַתְךָ te m. פְּקָדַתּוּ vel פְּקָדַתְהוּ illũ פָּקְדָה Viſitauit
פְּקָדַתְכֶם vos m. פְּקָדָתַם illos פְּקָדַתְנִי me c.
פְּקָדָתֵךְ te f. פְּקָדָתָה vel פְּקָדַתְהָ illam פְּקָדַתְנוּ nos c.
; פְּקָדַתְכֶן vos f. פְּקָדָתַן eas

In affixis mutat hæc perſona ה in ת ſine dageſch, aliquãdo verò deficit ת illud fœmininum,

imple-

Prouerb.7. impleturq́ue per dageſch, ſic quoque הִטַּתּוּ inclinauit eum, id eſt, ipſa ſeduxit eum pro הִטְתַּהוּ.

Etiam tantùm ſex Affixa recipit. Et tunc Scheua ſub ת euphoniæ gratia mutatur in Chiric, hocq́ue fit, ne tria Scheua in vno vocabulo concurrant.

פְּקַדְתְּ Viſitaſti פְּקַדְתִּיו illũ vel פְּקַדְתִּיהוּ. c. me פְּקַדְתִּינִי
illos פְּקַדְתִּים nos c. פְּקַדְתִּינוּ illam פְּקַדְתִּיהָ
illas פְּקַדְתִּין ׃

פְּקַדְתֶּן eo omninò modo recipit Affixa, quo & פְּקַדְתֶּם.

Significatio affixorum ex præcedentibus facilè patet.

Recipit decem Affixa, vt videbis.

פּוֹקֵד

פּוֹקְדֵם פּוֹקְדֵנִי vel פּוֹקְדִי ׃ פּוֹקֶדְךָ פּוֹקְדֵהוּ vel פּוֹקְדוֹ
פּוֹקְדֵן vel פּוֹקְדֵהֶן פּוֹקְדֵךְ פּוֹקְדָה פּוֹקְדֵנוּ פּוֹקֶדְכֶם
פּוֹקֶדְכֶן ׃

Participia abſque Affixis magis ſapiunt naturam adiectiuorum. Cum affixis verò ad naturam participiorum propriùs accedunt.

Participium pluralis num. decem Affixa admittit.

פּוֹקְדִים פּוֹקְדָיו פּוֹקְדֶיךָ פּוֹקְדַי פּוֹקְדֵיהֶם vel פּוֹקְדִימוֹ
פּוֹקְדֵיכֶם פּוֹקְדֵינוּ פּוֹקְדֶיהָ פּוֹקְדַיִךְ פּוֹקְדֵיהֶן פּוֹקְדֵיכֶן ׃

Participium fœminini generis tertiæ perſonæ recipit decem Affixa.

פּוֹקֶדֶת פּוֹקַדְתּוֹ פּוֹקַדְתְּךָ פּוֹקַדְתִּי פּוֹקַדְתָּם פּוֹקַדְתְּכֶם
פּוֹקַדְתֵּנוּ פּוֹקַדְתָּהּ פּוֹקַדְתֵּךְ פּוֹקַדְתָּן פּוֹקַדְתְּכֶן ׃

Benoni duplicem quidem formam habet in fœminino, ſed ob meliorem ſonum פּוֹקֶדֶת ſolùm recipit Affixa.

Etiam recipit decem Affixa, quæ quantum ad formam pertinet,conueniunt cum Affixis Nominum generis fœminini plur. numeri.

פּוֹקְדוֹת פּוֹקְדוֹתָיו פּוֹקְדוֹתֶיךָ פּוֹקְדוֹתַי פּוֹקְדוֹתֵיהֶם
פּוֹקְדוֹתֵיכֶם פּוֹקְדוֹתֵינוּ ׃ פּוֹקְדוֹתֶיהָ פּוֹקְדוֹתַיִךְ פּוֹקְדוֹתֵיהֶן
פּוֹקְדוֹתֵיכֶן ׃

פְּקוֹד

Recipit quoque decem Affixa.

פְּקוּדוֹ פְּקוּדְךָ, פְּקוּדִי פְּקוּדָם פְּקוּדְכֶם פְּקוּדֵנוּ פְּקוּדָהּ
פְּקוּדֵךְ פְּקוּדָן פְּקוּדְכֶן ׃

Decem quoque Affixà aſſumit.

פְּקוּדִים פְּקוּדָיו פְּקוּדֶיךָ פְּקוּדַי פְּקוּדֵיהֶם vel פְּקוּדֵימוֹ
פְּקוּדֵיכֶם פְּקוּדֵינוּ פְּקוּדֶיהָ פְּקוּדַיִךְ פְּקוּדֵיהֶן פְּקוּדֵיכֶן ׃

Decem recipit Affixa.

פְּקוּדָה פְּקוּדָתוֹ פְּקוּדָתְךָ, פְּקוּדָתִי פְּקוּדָתָם vel פְּקוּדָתֵימוֹ ׃
פְּקוּדַתְכֶם פְּקוּדָתֵנוּ פְּקוּדָתָהּ פְּקוּדָתֵךְ פְּקוּדָתָן פְּקוּדַתְכֶן ׃

Etiam hæc perſona recipit decem Affixa.

פְּקוּדוֹת פְּקוּדוֹתָיו פְּקוּדוֹתֶיךָ פְּקוּדוֹתַי פְּקוּדוֹתָם vel
פְּקוּדוֹתֵימוֹ פְּקוּדוֹתֵיכֶם פְּקוּדוֹתֵינוּ פְּקוּדוֹתֶיהָ פְּקוּדוֹתַיִךְ׃
פְּקוּדוֹתֵיהֶן פְּקוּדוֹתֵיכֶן ׃

פְּקוֹד

Recipit ſex Affixa.

פָּקְדֵהוּ vel פָּקְדוֹ פָּקְדֵנִי ׃ פָּקְדֵם פָּקְדֵנוּ פָּקְדָהּ פָּקְדֵן ׃

Quæ in Imperatiuo habent formam פְּעוֹל, hoc eſt, quæ habent Cholem ante Lamed paal, dum recipiunt Affixa, habent ſub Pe paal Chateph camets,vt in פְּקוֹד viſum eſt. Quæ verò habent formam פְּעַל, id eſt, quæ Patach habent ante Lamed paal,vbi Affixa recipiunt, habent Scheua, vt מְשַׁח vnge, מְשָׁחֵהוּ vnge illum,1.Regum 16.

פקדו

פִּקְדוֹ פֶּקְדוּהוּ vel פִּקְדֵהוּ פֶּקְדוּנִי vel פִּקְדוּנִי פִּקְדוּם
פִּקְדוּנוּ פִּקְדוּהָ פִּקְדוּן ׃
פִּקְדֵי פִּקְדֵיהוּ פִּקְדֵינִי פִּקְדֵים פִּקְדֵינוּ פִּקְדֵיהָ פִּקְדֵין ׃
פִּקוּדְנָה recipit Affixa eo modo quo פִּקְדוֹ.

Infinitiuus in recipiendis Affixis cum Imperatiuo conuenit. Reperitur tamen cum Chiric, vt בְּבִגְדוֹ בָהּ dum præuaricaretur ipſe contra eam. Exodi 21.

Cùm recipit Affixum fœminin. pluralis num. tunc habet ה ſuperadditum in fine, cuius rei duo exẽpla reperiũtur, Ruth cap. 1. in vno verſu וַתֵּלַכְנָה שְׁתֵּיהֶם עַד בּוֹאָנָה בֵּית לָחֶם וַיְהִי בְּבֹאָנָה בֵּית לֶחֶם ׃

Obſeruandum quoque eſt, quòd quando Aiin paal eſt gutturalis, tunc in Affixis illa habet Chateph camets, & Pe paal Camets, vt בְּיוֹם בָּחֳרִי in die eligere me, id eſt, cùm ego eligerem. Ezech. 20. & alia multa ſimilia.

Quando Infinitiuus recipit Affixa, tunc plerũque fit nomen, quod facilè ex hoc verſu Eſaiæ 37. colligere potes, in quo vnico verſu quatuor habes Infinitiua cum Affixis, quæ loco Nominum poſita ſunt וְשִׁבְתְּךָ וְצֵאתְךָ וּבוֹאֲךָ יָדָעְתִּי וְאֵת הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי ׃, id eſt, Et habitationem tuam & egreſſum tuum & introitum tuum ſcio, & offenſionem tuam contra me.

אֶפְקוֹד

Octo Affixa recipit.

אֶפְקְדוֹ vel אֶפְקְדֵהוּ vel אֶפְקְדֶנְהוּ vel אֶפְקְדֶנּוּ אֶפְקָדְכֶם
אֶפְקְדָהּ vel אֶפְקְדֶנָּה אֶפְקָדְךָ אֶפְקְדֵךְ אֶפְקָדְכֶן ׃

Decem

Decem Affixa recipit.

יִפְקוֹד יִפְקְדוֹ יִפְקְדֶנּוּ vel יִפְקְדֶנְהוּ vel יִפְקָדְךָ יִפְקְדֵנִי
יִפְקְדֵם vel יִפְקְדֵמוֹ יִפְקָדְכֶם יִפְקְדֵנוּ יִפְקְדָהּ vel יִפְקְדֶנָּה
יִפְקְדֵךְ יִפְקְדֵן יִפְקָדְכֶן ׃

Sex Affixa recipit.

תִּפְקוֹד תִּפְקְדוֹ vel תִּפְקְדֵהוּ vel תִּפְקְדֶנּוּ vel תִּפְקְדֶנְהוּ
תִּפְקְדֵנִי תִּפְקְדֵם vel תִּפְקְדֵימוֹ תִּפְקְדֵנוּ תִּפְקְדָהּ vel
תִּפְקְדֶנָּה תִּפְקְדֵן ׃

Octo Affixa recipit.

נִפְקוֹד נִפְקְדוֹ vel נִפְקְדֵהוּ vel נִפְקְדֶנּוּ נִפְקָדְךָ נִפְקְדֵם vel
נִפְקְדֵימוֹ נִפְקָדְכֶם נִפְקְדָהּ vel נִפְקְדֶנָּה נִפְקְדֵךְ נִפְקָדְכֶן ׃

Decem Affixa hæc perſona recipit.

יִפְקְדוּ יִפְקְדוּהוּ vel יִפְקְדוּנוּ יִפְקְדוּךָ יִפְקְדוּנִי יִפְקְדוּם
vel יִפְקְדֻמוּ יִפְקְדוּכֶם יִפְקְדוּנוּ יִפְקְדוּהָ vel יִפְקְדוּנָהּ
יִפְקְדוּךְ יִפְקְדוּן יִפְקְדוּכֶן ׃

Nehem. 9. inuenies וַיִּזְעָקוּךָ pro וַיִּזְעֲקוּ אֵלֶיךָ, id eſt, Et clamauerunt ad te.

Sex Affixa recipit.

תִּפְקְדוּ תִּפְקְדוּנִי תִּפְקְדוּם תִּפְקְדוּנוּ תִּפְקְדוּהָ
תִּפְקְדוּן ׃

Sex Affixa.

תִּפְקוֹד לַנְּקֵבָה נִסְתֶּרֶת חִבּוּרוֹ כְּחִבּוּר תִּפְקוֹד לְזָכָר אֶלָּא
שֶׁהוּא שִׁשָּׁה וְזֶה עֲשָׂרָה ׃

Id eſt, quando תפקוד eſt tertiæ perſonæ generis fœminini, tunc recipit affixa eodem modo, ſicut quando eſt ſecundæ perſonæ maſculini generis, niſi quòd tunc ſex tantùm habet Affixa, nunc verò decem.

Sex

Sex Affixa recipit.

תִּפְקְדִי תִּפְקְדִיהוּ תִּפְקְדִינִי תִּפְקְדִיכֶם תִּפְקְדִינוּ תִּפְקְדִיהָ תִּפְקְדִין׃

תִּפְקוֹדְנָה ſiue ſecundæ ſit perſonæ, ſiue tertiæ pluralis numeri, eodem modo recipit Affixa, quo תִּפְקְדוּ.

Sæpius tamen Hebręi loco Affixorum vtuntur Pronominibus ſeparabilibus, vt וַנַּחֲרֵם אוֹתָם, & deuaſtauimus eos. Deuter. 3. אָנֹכִי מְלַמֵּד אֶתְכֶם ego doceo vos. Deut. 4. וַיִּקְבּוֹר אוֹתוֹ & ſepeliuit ipſum. Deuter. 34. & alia permulta.

Sunt autem hæc Pronomina ſeparabilia.

Pronomina nominatiui caſus inuenies libro. 1. pag. 25.

nos c.	illos	me c.	te m.	illum
אוֹתָנוּ	אוֹתָם	אוֹתִי	אוֹתְךָ	אוֹתוֹ
vos f.	illas	te fœm.	illam	vos m.
אֶתְכֶן׃	אוֹתָן	אוֹתָךְ	אוֹתָהּ	אֶתְכֶם

In pauſa אוֹתָךְ habet אוֹתָךְ & etiam abſque pauſa בְּהִתְהַלֶּכְךָ תַּנְחֶה אֹתָךְ Prouerb. 6. Et huiuſmodi quatuor reperiuntur, quæ in traditionibus annotata ſunt.

מִלָּה.

De hac tertia orationis parte non eſt opus, vt multa dicamus: ſolùm aliquorum מִלּוֹת vſum demonſtrabimus, quæ non in quouis Lexico reperiuntur, quorumúe haud facilè ex Lexico vſus intelligi poteſt.

אֶל vel אֱלֵי Pronomen acquiſitiuum poſſeſſiuum hoc modo declinatur.

אֵלֶיךָ ad te vel tibi m. אֵלָיו ad illum vel illi
אֲלֵיהֶם ad illos vel illis אֵלַי ad me vel mihi m.
אֵלֵינוּ ad nos vel nobis c. אֲלֵיכֶם ad vos m.
אֵלַיִךְ ad te vel tibi אֵלֶיהָ ad illam vel illi
אֲלֵיכֶן ad vos vel vobis f. אֲלֵיהֶן ad illas vel illis f.
Eſt & alia forma לוֹ ei לְךָ tibi, &c. de qua pag.70.

Aliquando etiam אֶל pro אֶת ponitur, vt videre eſt Ieremiæ cap. 50. in hoc ſequenti verſu ter tale reperitur.

לָכֵן כֹּה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת הִנְנִי פֹקֵד אֶל־מֶלֶךְ בָּבֶל וְאֶל אַרְצוֹ כַּאֲשֶׁר פָּקַדְתִּי אֶל־מֶלֶךְ אַשּׁוּר׃

עֲלֵי vel עַל

Quando Affixa recipit, ע habet Camets, niſi quòd quando recipiunt Affixa ſecundæ & tertiæ perſonæ pluralis numeri vtriuſque generis, habēt Chatephpatach, & in omnibus Affixis Iod poſt Lamed, ſicut nomina pluralis numeri habent, vt:

עָלָיו עָלֶיךָ עָלַי עֲלֵיהֶם עֲלֵיכֶם
עָלֵינוּ עָלֶיהָ עָלַיִךְ עֲלֵיהֶן עֲלֵיכֶן

אַיִן הֵן מִן

Semper punctatur cum Scheua, niſi quòd ſemel tantùm אַיִן reperitur. Vbi fuerit accentus paruus, Latinorum commati æquiualens, ſcribitur אֵין. Si verò magnus fuerit accentus periodo reſpondens, – mutatur in ᾽, & ſcribitur אָיִן. *Geneſ.2. Iudic. 4. Eccle. 5. multiſq; aliis in locis.*

אֵין etiam recipit Affixa, & ſic declinatur.

non

non ipſi   non ego c.   non tu.m.   non ipſe
אֵינוֹ vel אֵינֶנּוּ   אֵינְךָ,   אֵינִי vel אֵינֶנִּי   אֵינָם
non te f.   non ipſa   non nos c.   non vos
אֵינְכֶם   אֵינֶנּוּ   אֵינָהּ vel אֵינֶנָּה   אֵינֵךְ
non vos f.   non ipſæ
אֵינָן   אֵינְכֶן ׃

Tertia perſona generis maſculini ſingularis numeri, nihil differt à prima perſona pluralis numeri generis communis, ſed ex ſolo ſenſu diſcrimen intelligi debet: quod idem in מִן contingit.

הֵן propter Maccaph Tſere in Sægol mutat, vt הֶן־תָּוִי ecce ſcripturam meam. Aliquando habet ה ſuperadditum in fine, vt הִנֵּה. Recipit etiam Affixa, vt:

הִנּוֹ vel הִנֵּהוּ הִנְּךָ הִנִּי vel הִנֵּנִי vel הִנְנִי
vel הִנֵּנִי הִנָּם הִנְּכֶם הִנֶּנּוּ vel הִנְנוּ הִנָּהּ הִנֵּךְ
הִנָּן הִנְּכֶן ׃

מִן & aliquando adiecto Iod מִנִּי vel מִנֵּי quando recipit Affixa, ferè ſemper duplicat Mem: declinatur enim hoc modo:

מִן מִמֶּנּוּ מִמְּךָ, מִמֶּנִּי vel מִנִּי מֵהֶם
מִכֶּם מִמֶּנּוּ מִמֶּנָּה מִמֵּךְ מֵהֶן מִכֶּן ׃

Tertia perſona ſingularis numeri, maſculini generis, nihil differt à prima perſona pluralis numeri, gen. communis, vt Gen. 2. לֹא תֹאכַל מִמֶּנּוּ non comedes ex illo. כְּאַחַד מִמֶּנּוּ ſicut vnus ex nobis Gen. 3. Itaque non niſi ex ſenſu diſcerni poſſunt.

Aben Ezra tamen Exod. cap. 1. dicit in omnibus libris orientalium ממנו *tertiæ perſonæ ſingularis numeri maſcul. generis, habere dageſch in Nun: primæ verò perſonæ plural. num. gen. comm. dageſch carere, hancq́ eſſe germanam ſcriptionem: Occidentales verò eam confundere vtrobique dageſch inſcribentes.*

בִּלְתִּי בִּלְעֲדֵי

בִּלְתִּי habet Iod ſuperadditum in fine, ſine quo non reperitur, niſi quãdo recipit Affixa, tum enim amittit Iod, vt בִּלְתּוֹ præter illum, בִּלְתְּךָ præter te, &c. בִּלְעֲדֵי Iod præcedente Tſere in fine, & eſt ſignum pluralis numeri, non enim in ſingulari reperitur.

Recipit etiam affixa, vt בִּלְעָדָיו בִּלְעָדֶיךָ בִּלְעָדַי &c.

Aliquando etiam ad maiorem declarationem habet Mem in capite, vt הֲמִבַּלְעֲדֵי יְהוָה Eſa.36.

בִּגְלַל בַּעֲבוּר לְמַעַן

בִּגְלַל בַּעֲבוּר in Bibliis non inueniuntur ſine ב, apud Rabbinos verò ſæpiùs. ſic etiam לְמַעַן non ſine ל reperitur, quæ omnia recipiunt Affixa.

אַחַר אַחֲרֵי

אַחַר & אַחֲרֵי recipiunt affixa, & ſignificant pòſt, poſteà, poſteaquàm, ſed cum aliqua differentia. Nam Rabbi Salomon dicit, אַחַר vtimur, quoties rem quampiam aliquid mox ſubſecutum oſtendere velimus, quod propterea ab eodem סָמוּךְ appellatur, vt Gene.15. אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה poſt verba illa, quaſi dicat, ſtatim vel mox poſt illa verba. *Geneſ. 15.*

Quando verò cum aliquo temporis interuallo quid factum oſtendemus, אַחֲרֵי rectiùs vſurpabimus, quod idem מֻפְלָג appellat, vt וַיְהִי אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה וַיֻּגַּד לְאַבְרָהָם factum eſt poſt verba iſta, & nunciatum eſt Abrahamo, Gen.22. vbi continuationem minimè intelligere debemus.

מִי מָה מָתַי

מִי quis, מָתַי quando, מָה quid, nulla recipiunt Affixa, & tantùm ſingulariter vſurpãtur, quorum poſtremum מָה propter Maccaph Camets in Patach mutat, & ante ח & ע Mem habet Sægol, vt מֶה עָשִׂיתָ לָּנוּ וּמֶה חָטָאתִי לָךְ׃ Gene. 20.

Excipiuntur ſeptem loca, vbi ante ח & ע non habet Sægol, ſed in quinq; Camets, & in duobus Patach, vide Geneſis 31. 4. Regum 8. Malachiæ 2. Ezra 6. Daniel 4. Gene. 31. Iob 21.

Rurſum in viginti quatuor locis habet Sægol, quanquam non ſequitur ח vel ע, quæ in Maſſoreth enumerantur.

מָה etiam literas ſeruiles in capite recipit, vt לָמָה לְמָה כַּמָּה בַּמָּה בְּמָה׃

Dictio עִם cùm recipit Affixa, habet dageſch in מ נו vt עִמּוֹ עִמְּךָ עִמִּי עִמָּהֶם עִמְּכֶם עִמָּנוּ עִמָּהּ, &c. Hinc Grammatici opinantur thema eſſe עָמַם.

עִמָּדִי ſignificat idem quod עִמִּי, id eſt, mecum, & nunquam reperitur, niſi cum Pronomine primæ perſonæ communis generis, alia autem Affixa non admittit, thema eſt עמד quod etiam abſque Affixo in vſu non eſt.

תָּוֶךְ, id eſt intus, ſiue in medio, recipit Affixa more Nominis מָוֶת de quo pag. 123. vt תּוֹכוֹ תּוֹכְךָ תּוֹכִי תּוֹכָם &c.

פֹּה aduerbium loci, hîc, neque affixa, neque pluralem numerũ admittit, quod idem facit רַק, id eſt, niſi, ſed, ſaltem.

פַּעַם, id eſt, ſemel, non admittit Affixa: verùm pluralem numerum admittit, vt שָׁלֹשׁ פְּעָמִים tribus vicibus, id eſt, ter. Habet etiam formam dualem, vt פַּעֲמַיִם bis. Quando per ſe eſt poſitum & non habet numerum certum determinatum adiectum, tunc ſignificat idem quod apud Rabbinos לִפְעָמִים, id eſt, aliquando, ſubinde.

Atque hæc de מִלָּה dixiſſe ſuffecerit, nam reliqua omnia, quæ hoc loco adduci poſſent, Lexicon ſtudioſo lectori ſatis ſuppeditauerit.

DE ACCENTIBVS.

DE ACCENTIBVS multa quidem dici poſſent, cùm eorum varia ſint nomina, officia & formæ. Alii enim ſenſum diſtinguunt, qui Latinorum cõmati, colo, vel periodo reſpondent: alii minorem vim diſtinguendi habent: alii miniſtri vocantur, de quibus omnibus paulò pòſt dicetur.

Accentus Hebraicè טְעָמִים *vocãtur, quia dant bonũ ſaporem & condimentũ vocabulis.*

In primis verò ſciendum eſt, nullum vocabulum apud Hebræos reperiri, quod non accentu aliquo, vel ſupra ſe vel infra notetur, niſi illud per virgulam, quam מַקַּף vocãt, ad ſequens vocabulũ attrahatur: tum enim ſolum vocabulum, quod virgulam illam ſequitur, accentum habet, idq́ue ob celeriorem pronunciationem, vt וַיִּסְעוּ כָּל־עֲדַת בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל מִמִּדְבַּר־סִין לְמַסְעֵיהֶם עַל־פִּי יְהוָה, id eſt, Profectus itaque vniuerſus cœtus filiorum Iſraël de de-

Exod. 17.

de deſerto Sin, ad profectiones ſuas iuxta præceptum Domini. In quibus verbis quater accentus ſedem mutare per Maccaph, & ſequẽtibus dictionibus adnecti videre eſt.

Sciendum eſt autem paruas מִלּוֹת ita per Maccaph plerunque cõiungi, cuiuſmodi ſunt כִּי מִן אִם עַל רַק אֶת כֹּל עִם גַּם עַד אֶל אַךְ, vti ex hoc verſu facilè patebit, ex quo tibi quatuor exempla elicere poteris: *Exod. 18.* וַיֵּשֶׁב מֹשֶׁה לִשְׁפֹּט אֶת־הָעָם וַיַּעֲמֹד הָעָם עַל־מֹשֶׁה מִן־הַבֹּקֶר עַד־הָעָרֶב׃ Et ſedit Moſes ad iudicandum populum, ſtabatque populus coram Moſe, à mane vſque ad veſperam. Poſſent & multa exemplorum milia, de hac re in mediũ adduci, verùm hæc ſufficient, cùm paſsim in Bibliis obuia, tu ipſe quamplurima reperire poſsis.

Sciendum deinde ob accentus pronũciationis collocationem vocabula Hebraica ſortita appellationem: omnis enim dictio cuius vltima ſyllaba Accentu notatur, dicitur מִלְּרַע. Quòd ſi ſub quauis alia ſyllaba Accentus fuerit, dicitur מִלְּעֵל. Quænam verò vocabula ſint quæ Milel aut Milra naturam habeãt, longum eſſet hîc recenſere: cùm nunc duntaxat de accentibus qui in oratione diſtinguunt, & qui non diſtinguunt, ſermonem inſtituentes breuitati ſtudeamus.

Apud Hebræos non minùs neceſſaria eſt accentuum cognitio, eorum præſertim qui orationem diſtinguunt, quàm punctorum. Multa enim loca reperiuntur quorum interpretatio planè ambigua

&

& obſcura eſſet, niſi accẽtuum auxilio iuuaremur. Quod etiam Rabbi Salomon multis in locis fatetur, negat enim ſe potuiſſe textum intelligere, niſi accentibus fuiſſet adiutus: ex quibus omnibus placet vnum exemplum in medium adducere. Ezechiel. cap. primo, vbi habetur וּפְנֵיהֶם וְכַנְפֵיהֶם פְּרֻדוֹת מִלְמָעְלָה dicit ſe nequaquam potuiſſe huius loci ſententiam aſſequi, niſi זָקֵף גָּדוֹל fuiſſet ſuper וּפְנֵיהֶם poſitum, ex eo ſe animaduertere ſenſum eſſe, Et facies illorum ſcilicet erat illis, & alæ illorũ erant diuiſæ, ſiue ſeparatę ſuperiùs: nõ verò, Et facies eorum & alæ illorum erant diuiſæ. Cùm enim Accentus diſtinguens ſit ſuper וּפְנֵיהֶם oportere ibi ſententiam hærere, neque cum ſequentibus connecti. Eius verba hæc ſunt:

אִלְמָלֵא שֶׁרָאִיתִי טַעַם זָקֵף גָּדוֹל נָקוּד עַל וּפְנֵיהֶם לֹא הָיִיתִי יוֹדֵעַ לְפָרְשׁוֹ אֲבָל הַנִּקּוּד לִמְּדָנוּ לְהַבְדִּילָם זוֹ מִזּוֹ וּלְהַעֲמִיד תֵּיבַת וּפְנֵיהֶם בִּפְנֵי עַצְמָהּ וְכֵן פֵּירוּשׁוֹ וּפְנֵיהֶם לָהֶם וְכַנְפֵיהֶם פְּרֻדוֹת לְמָעְלָה׃

Ex hoc vno loco facilè colligi poteſt, non ſine cauſa à veteribus Grammaticis dictum eſſe:
אִם תִּרְצֶה לִהְיוֹת בְּדִקְדּוּק תָּמִים׃ שִׂים לִבְּךָ לְהָבִין טְעָמִים
id eſt, Si cupis in Grammatica eſſe perfectus, adiunge cor tuum, id eſt, effice, vt intelligas accentus. Sic quoque Aben Ezra aliquibus in locis dicit: כָּל פֵּירוּשׁ שֶׁאֵינוֹ עַל דֶּרֶךְ הַטְּעָמִים לֹא תֹאבֶה לוֹ וְלֹא תִשְׁמַע אֵלָיו כִּי בַּעַל הַטְּעָמִים יָדַע הַפֵּירוּשׁ יוֹתֵר מִמֶּנּוּ id eſt, Nullam expoſitionẽ, quæ non ſequitur Accentum, debes amplecti vel recipere, nam ille qui

Accentus

Accentus poſuit, meliùs ſciuit expoſitionem ipſo. Quod etiam author libri Coſdri, & author libri סמדר approbant.

Scias Hebræos accentibus multo copioſiores eſſe Latinis vel Græcis: habent enim Hebræi multos accẽtus, quorum alii magnam diſtinctionem ſtatuunt, qui reſpondent Commati, colo & periodo Latinorum: alii qui paruam & minorem, membratimque ſententiam producunt vſque ad magnam diſtinctionis Accentum, quas omnes Hebræi ſiue magis, ſiue minus diſtinguant, מְלָכִים, id eſt, reges vocant. Dicunt enim eos non aliter curſum orationis inhibere & retinere, quàm rex populum ſuum imperio coërcet. Alios habent qui מְשָׁרְתִים, id eſt miniſtri vocantur, illi enim non aliter ſeruiunt accentibus qui diſtinguendi vim habent, quàm miniſter regi ſuo, continuari faciunt orationem, regemque in lectione pręcurrunt, non aliter ac illi qui regi ſunt à pedibus, ne ſcilicet ſyllabis immoremur, ſed eas promptè proferamus vſque ad illum locũ, vbi rex ſedet qui diſtinguit.

Scias quoque vnumquemque regem proprios ſuos habere miniſtros, qui illum præcurrunt & orationem ad ſe ducunt, (excepto יְתִיב qui nullum miniſtrum habet) non enim confuſè quilibet miniſter vnicuique regi aptus eſt, de qua re, ſi placet, leges vel Abraham de Balmis, vel Eliam, vel Capnionem, vel etiã, ſi libet, Vallenſem, qui omnes ſatis prolixè eam rem tractarunt. Nos ea omittemus,

Et propterà à quibuſdam pro rege reputatur, vti ſuo loco videbis

mus, ſolùm ea quæ ſtudioſis Hebr. linguæ neceſſaria ſunt, tractaturi.

Neque omnes nationes in appellatione accentuũ conueniunt. Hiſpani enim aliquando in quibuſdam accẽtibus, proprias ſuas appellationes habent, ſic quoque Germani & Itali, ſimiliter illi qui in Arabia degunt. Cùm enim nomina primùm illis impoſita, quemadmodum etiam nomina punctorum, nõ fuerint omninò Hebraica, ſed ex aliis linguis petita, quidam putauerunt parum intereſſe, quòd pro ſuo capite etiam nomina mutarent. Hinc illa Synonyma accentuum, quæ etiam, Deo volente, in tabula ponemus.

Ex illa verò diuerſitate appellationum, videtur orta eſſe inter illos controuerſia, quòd in numero regum & miniſtrorum, aliis plures, aliis pauciores ſtatuentibus, non omninò inter ſe conueniant, quod tamen parùm facit ad rem, nos verò eo modo quo à cunabulis, à parentibus & præceptoribus doctiſſimis accepimus, rem tractabimus.

Reges ſunt numero octodecim.

סוֹף פָּסוּק vel סִלִּיק vel סִלֵּק
אַתְנָח vel אַתְנַחְתָּא
זָקֵף גָּדוֹל
זָקֵף קָטֹן
רְבִיעַ
זַרְקָא
סֶגּוֹל vel שְׁרֵי vel סְגוֹלְתָּא
פָּזֵר
קַרְנֵי

Quæ in primo ordine ponuntur, vulgares ſunt accentuum appellationes: quæ verò è regione, eorum ſunt ſynonyma.

קַרְנֵי פָרָה vel פָּזֵר גָּדוֹל

תְּלִישָׁא גְדוֹלָה vel תַּלְשָׁא

יְתִיב vel שׁוֹפָר מְקַדָּם

אַזְלָא vel גֵּרֵשׁ De quo ſuo loco plura.

גֵּרְשַׁיִם vel שְׁנֵי גְרִישִׁין

פְּסִיקִי Quãdo ſtat inter duo מונח & poſt ſe רְבִיעַ tum voca-

פַּשְׁטָא tur לְגַרְמֵיהּ vt Ezec.1. וַיְהִי בִּשְׁלֹשִׁים שָׁנָה & pauca ſimilia.

In nullo verſu plura פסיק *inuenies, quàm Eſther capite 9.*

טַרְחָא vel טִפְחָא

תְּבִיר

שַׁלְשֶׁלֶת

Ex his omnibus tantùm quatuor ſunt, qui & frequenter occurrunt, & ſummam diſtinguendi vim habent: nimirum סוֹף פָּסוּק אַתְנָח זָקֵף קָטָן רְבִיעַ Soph paſuc totam ſententiam abſoluit. Æthnach mediam, colo Latinorũ reſpondens. זָקֵף קָטָן & רְבִיעַ plerunque cõmati Latinorum, cui & alios accentus diſtinguentes ferè reſpondere videmus, verùm non toties occurrunt, habet etiam vnuſquiſque ſuum proprium officium diſtinguendi, & alius alio magis diſtinguit, quę prolixitatis cauſa omittemus. Ponemus tamen exempli gratia vnum verſum, Exod. cap. 13.

וַיְהִי בְּשַׁלַּח פַּרְעֹה אֶת־הָעָם וְלֹא־נָחָם אֱלֹהִים דֶּרֶךְ אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים כִּי קָרוֹב הוּא כִּי אָמַר אֱלֹהִים פֶּן יִנָּחֵם הָעָם בִּרְאֹתָם מִלְחָמָה וְשָׁבוּ מִצְרָיְמָה׃

Et factum eſt, cùm demitteret Pharoh populum, non quidem duxit eos Deus, per viam terræ Paleſtinorum, nam propinquior erat: quoniam dixit Deus, ne fortè pœnitudine ducatur populus, dum

viderit prælium, & reuertatur in Ægyptũ. In hoc verſu vides duodecim eſſe diſtinctiones, cùm tamen Latini tantùm ſeptẽ, vel ad ſummũ octo, admittere poſſint, quæ hîc optimè congruunt. Primùm in וַיְהִי habes רְבִיעַ qui in illo verbo [& factũ eſt] auditorẽ remoratur & eũ attentũ reddit, vt ea quæ narrantur poſtea, diligẽter obſeruet. Sic quoque ſuper פַּרְעֹה rex nempe זַרְקָא ſedem habet: in eo enim loco, vbi rem exactè perpenderis, eũ aptè poſitum eſſe videbis, vtpotè qui populũ Iſraëliticum iam à Pharaonis tyrannide liberatum ad laudes in deuicti Tyranni contemptum canẽdas excitet, quod idem de Sægol ſuper הָעָם & Reuia ſuper אֱלֹהִים poſito, dicendum eſt. De יְתִיב ſub דֶּרֶךְ ſuo loco audies. Item זָקֵף קָטָן ſuper פְּלִשְׁתִּים etiam diſtinguit: verùm אַתְנָח ſub הוּא magis, reſpondens colo Latinorũ: poſtea פָּסִיק poſt כִּי item רְבִיעַ ſuper אֱלֹהִים item תְּבִיר ſub הָעָם item טִפְחָא ſub מִלְחָמָה, quæ omnes ſubdiſtinctionũ loco habentur. Poſtremò verò ſub מִצְרָיְמָה habes סוֹף פָּסוּק qui totam cõplet ſententiã. Reliqui Accentus quos in hoc verſu vides, non ſunt reges, ſed miniſtri: illi orationem ducunt vſque ad locum, vbi rex aliquis ſtat, vti ſupra diximus.

Miniſtri ſunt.

מוּנַח vel שׁוֹפָר יָשָׁר	מַהְפָּךְ vel שׁוֹפָר מְהֻפָּךְ
תְּלִשָׁא קְטַנָּה vel תַּרְסָא	קַדְמָא vel אַזְלָא
יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ	דַּרְגָּא vel גַּלְגַּל
מֵרְכָא	

De

De מֻתַּג ׀ רֶסֶן ׀ נַעֲיָא ׀ מַקַּף ſuo loco dicemus.

De ſubtili quorundam Grammaticorum diſputatione hîc nihil dicemus, ſtatuũt enim quidã, aliquos eſſe accentus qui neque ſunt reges, neque miniſtri, ſed quodammodo inter illos medium tenentes, exempli gratia dicunt סוֹף פָּסוּק indignum eſſe regis titulo eò quòd vbique occurrat, & cogatur in fine periodi ſemper apparere. Contrà quòd שַׁלְשֶׁלֶת & קַרְנֵי פָרָה rariùs occurrant, eis regale diadema adimi volunt. Quod argumentum vel ratiocinatio priori argumẽto planè repugnat. Damnant enim סוֹף פָּסוּק quòd frequentius, duos verò reliquos quod rariùs appareant. Negant ſimiliter סֶגּוֹל regio honore afficiendum eſſe, quod ſemper vnà cum זַרְקָא appareat, cum alioqui illi eſſet domi deſidendum. Sic quoque de יְתִיב iudicant, cùm omnibus aliis regibus proprii aſsignantur miniſtri qui illis ſeruiant, excepto יְתִיב, dubitant, quinam locus ſit illi tribuẽdus. Quæ hæc & ſimiles ingenioſas & ſubtiles argutias omittemus, & ſuis admiratoribus relinquemus. Nos autem reges vocamus omnes illos qui diſtinguendi vim habent, ſiue ſæpiùs ſiue rariùs occurrant, ſiue ſoli in lucem prodeant, ſiue alio rege comitati incedant, ſiue miniſtrum habeant qui præcurrat vel non. Tribuemus humilitati boni יְתִיב, quòd non pudeat ipſum frequenter ſine miniſtro progredi. Interim his nugis omiſſis ſcias vnumquemque regem habere proprios miniſtros, (excepto יְתִיב) non

enim confuſè miniſtri, vnicuique regi ſeruiunt. Quæ res cùm parum vtilitatis habeat, & prolixitate non careat, remittimus te ad Grammaticos ſuperius memoratos.

. Frequens eſt autem vbique propter accentus, qui vim diſtinguendi habent, punctorum mutatio, & præcipue ob אֶתְנַח ׃ סוֹף פָּסוּק ׃ זָקֵף קָטֹן ׃ רְבִיעַ. Mutant enim Patach & Sægol in Camets: Scheua & puncta rapta in Sægol vel in Tſere, vel in Camets, vel etiam aliquando in Cholem, vt facilè ex his verſibus videbis: הָבִיאָה לַמּוּסָר לִבֶּךָ וְאָזְנֶךָ *Prouer.23.* לְאִמְרֵי דָעַת. Primò ibi vides propter אֶתְנַח Scheua ſub ב & propter רְבִיעַ ſub נ in Sægol mutari, deinde propter סוֹף פָּסוּק Patach ſub ד in Camets. In eodem capite בְּנִי אִם חָכַם לִבֶּךָ יִשְׂמַח לִבִּי גַם־אָנִי, ibi iterum ſub ב Scheua in Sægol propter אֶתְנַח, & Chatephpatach ſub א propter סוֹף פָּסוּק in Camets mutari. Ezechiel. 20. בְּחוּקֵי אֲבוֹתֵיכֶם אַל תֵּלֵכוּ וְאֶת מִשְׁפְּטֵיהֶם אַל תִּשְׁמֹרוּ וּבְגִלּוּלֵיהֶם אַל־תִּטַּמָּאוּ ׃ ibi זָקֵף קָטֹן mutat Scheua in Tſere, אֶתְנַח in Cholem, סוֹף פָּסוּק in Camets. Infinita exempla adduci poſſent: verùm tu ipſe in lectione ſacræ ſcripturæ facilè obſeruabis. Hoc ſolum ſcias in Pſalterio, Prouerbiis Salomonis & Iob, accentus diſtinguentes propter verſuum, qui in illis libris continentur, breuitatem nonnihil differre ab accentibus aliorũ librorum Biblicorum. Scias quoque accentus qui ſupra literam poſiti ſunt, diſtinguere clara & hilari voce, qui verò ſub literis poſiti ſunt, diſtinguere

voce

voce aliquomodo obſcura & quodammodo ſubtriſti & defatigata, quod non poteſt demonſtrari, niſi viua voce.

Nunc ſupereſt vt de מֶתֶג, quod quidam רֶסֶן, quidam מַאֲרִיךְ, quidam etiam הַעֲמָדָה vocant, dicamus, quodnam eius officiū. Similiter de גַּעְיָא, & qua in re à מֶתֶג differat. Quanquam Kimhi in appellatione horū duorū accentuū pronunciationis curioſus non videtur, ſed vtrunque aliquo modo גַּעְיָא vocaſſe, quod facilè ex eius commentariis apparet. Nos verò ad maiorem declarationem vnumquemque ſuo ſingulari nomine appellabimus, & primum de officio מֶתֶג. Metheg eſt virgula quæ vocali adiungitur ad ſiniſtrum latus, putoque idem officium habere in Hebræis quod apud Latinos accentus grauis, vocaturque מֶתֶג, id eſt, frenū ſiue habena, propterea quod frenum iniiciat vocali, & doceat ne præcipitāter vocalem illam cum ſequēte coniūgamus, ſed ibi aliquantulū immoremur, vnde quoque à quibuſdā מַאֲרִיךְ vel הַעֲמָדָה appellatur, multumque facit ad intellectum & diſcrimen vocabulorum. Quędam etiam vocabula longè aliam habent ſignificationem, quando Accentum habent in penultima, quàm quum habent in vltima, vt חָלָה tremuit à חול eſt præteritum fœm.generis, חָלָה tremens participium fœminini generis eiuſdem thematis, vt multa eiuſmodi exempla taceam. Poteſt etiam ex collatione accentus cognoſci, vtrum nomen ſit

Pſal. 16. & Pſal. 86.

Plerūq; ponitur ante literas gutturales ſub longis vocalibus, & Segol & Patach, quæ ſeptem reges vocantur.

maſculini generis an fœminini, vt pagina 57. diximus. Sic quoque ſcimus ex eo, an Scheua poſt Camets ſit mobile an quieſcens, vti pag. 9. indicatum eſt. Ideò veriſsimũ eſt illud cuiuſdam docti Iudæi dictum: הַקֹּרֵא בְּלֹא מֶתֶג כְּרוֹכֵב בְּלֹא רֶסֶן, id eſt, qui legit ſine מתג eſt ſicut ille, qui equitat ſine freno. Ego dico כַּאֲנִיָּה בְּלִי חוֹבֵל וּמַלָּח כֵּן קְרִיאָה בְּלֹא מֶתֶג בְּמִלָּה.

De Gaaia.

Gaaia גַּעְיָא, id eſt, mugitus, formà planè reſpondet מֶתֶג, ſed loco differt, præcedit enim vocalem ad dextrum latus, cuius rei habes exempla ſatis multa pagina 12. & iuxta ſententiam doctiſsimorum Grammaticorum, גַּעְיָא non venit niſi ante Scheua & puncta rapta, quamuis Dauid Kimchi etiam hunc ordinem non videtur obſeruare, vti ſuperius in tractatu מֶתֶג dictum eſt.

Officium autem גַּעְיָא eſt, vt dilatet ſonum ipſius puncti, cui adiectum eſt, & nonnihil immutet, item vt doceat nos quomodo Scheua pronunciandum ſit, vti pagina duodecima, vbi agitur de antiqua Scheuæ pronunciatione, dictum eſt.

De מַקַּף.

Quid ſit מַקַּף puto tibi ſatis notum eſſe, eſt enim virgula quæ ſolummodò duas dictiones copulat, & quamuis non reputetur inter Accentus, tamen etiam habet vim mutandi vocalem, & præſertim Tſere in Sægol, vt בֵּן cum מַקַּף habet Sægol *Pagina 31. etiã de hac re inuenies.*

vt

vt Gene.25.וַיְהִי יִצְחָק בֶּן־אַרְבָּעִים שָׁנָה,& infinita huiuſmodi : Quædam tamen propter מַקֵּף non mutantur. Sic אֵת articulus accuſatiui caſus naturalé
Ierem.32. punctum habet Tſere, cum מַקֵּף verò ∴ vt אֶת־שָׂדִי
& huiuſmodi quamplurima. Mirũ ſanè videtur, cùm ∴ plerunq; in regimine vti in nominibus Lamed ה pagina 126. videre licet, mutetur in Tſere propter מקף, contrario modo Tſere mutari in Sægol. Quæ verò alia ſint eius officia, nimirum quomodo eius cauſa poſt literam quieſcentem aliquando ſequatur dageſch, inuenies in Canticis
Cant.4. Eliæ Leuitæ, quo in loco דְחִיק nominatur.

Iam puto tibi ſatis factum eſſe, quantum ad Accentus attinet, quorum cognitio nobis neceſſaria eſt. Scias verò Iudæos non ſolùm vti Accentibus, vt ſciant, vbinam ſententia hæreat, vel abſoluta ſit, item vbi continuetur oratio, verùm etiã loco Muſicæ accentibus in ſacra ſcriptura vtuntur, & ex collatione Accẽtuum ſciunt, qua melodia cantum moderari debeant : quæ res ſanè artificioſa non ſolùm eſt, verùm etiam omnes pios auditores multum afficit, delectat, & in admirationem rapit. Quæ quidem res cùm non niſi viua voce tibi demonſtrari poſſit, nunc de ea ſatis dixiſſe arbitror: ſi tamen aliquid de ea re ſcire cupias, compara tibi librum quendam de accentibus, quem doctiſſimus vir Capnio ſcripſit, in quo illam artem cum Muſica contulit, & notulis Muſicis illam depinxit. Iudæi tamen hoc tẽpore in ea arte non tam excel-

excellentes ſunt,ac olim: quod multis rationibus probari poteſt etiam ex verbis Coſdræ regis Perſiæ ad Rabbinum quendam habitis; facilè videri poteſt,quæ in tuam gratiam hîc placet adſcribi:

יָדוּעַ שֶׁהַשִּׁיר וְהַנִּגּוּן מְעוֹרְרִים אֶת רוּחַ הַשֵּׂכֶל וְהָעִיּוּן
וּמַעְתֶּקֶת הַנֶּפֶשׁ מִמִּדָּה אֶל הֲפָכָהּ וְלֹא יִתָּכֵן שֶׁתִּהְיֶה הַיּוֹם
בְּעֵרֶךְ מִמַּה שֶׁהָיְתָה מִפְּנֵי שֶׁשָּׁבָה פְּחוּתָה בְּהִתְעַסְּקוּת
בָּהּ הַשְּׁפָחוֹת וְהַמְבוּעָרִים מִבְּנֵי אָדָם אַךְ יָרְדָה עִם
חֲשִׁיבָתָהּ כַּאֲשֶׁר יְרַדְתֶּם אַתֶּם עִם חֲשִׁיבוּתְכֶם׃

Id eſt:

Manifeſtum quidem id eſt, quòd Muſici concentus excitent quodammodo vim intelligentiæ & contemplationis, quodq́ue animum à ſtatu ſeu affectione aliqua abſtrahentes ad aliam deducant. Verùm enimuerò fieri nõ poteſt, vt hodie eodem numero Muſica ſit, quo olim fuit: quippe cùm eam nunc ancillæ aliiq́ue nihili homines exerceant. Certè amiſit iam ſuum decorem illa: quemadmodum & vos(Iudæi)amiſiſtis decorem veſtrũ. Hæc in libro Coſdræ mihi legere contigit, eo in loco,vbi Rabbino illi reſpondet, qui inter cætera quoque dicit, artem Muſicam à Iudæis originem duxiſſe, primumq́ue apud illos floruiſſe.

נִשְׁלְמָה תּוֹרַת הַטְּעָמִים וְכָל הַסֵּפֶר עַד תַּכְלִיתוֹ׃
בְּרִיךְ רַחֲמָנָא אֲשֶׁר לֹא הֵסִיר מִמֶּנִּי חַסְדּוֹ וּבְרִיתוֹ׃
הוּא יִרְעֶה אוֹתִי עִם אִשְׁתִּי וּכְבָשַׂי וּטְלָאַי׃
יְכַנְּסֵנוּ תַּחַת כְּנָפָיו בִּמְהֵרָה בְּעוֹדִי בְּחַיַּי׃

אמן

AO1 1472147

EXCVDEBAT CHRISTOPHO-
RVS PLANTINVS ANTVER-
PIAE, ANNO M. D. LXIIII.
TERTIO KALEND. IVNII.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXVII
E
54
NAPOLI

NAZ.
ele III
I I